

dibus vexaretur, Aldefonsus Rex Aragonum, qui adhuc munitiora loca in Castellæ terminis detinebat, exercitu congregato, Castellæ fines invasit, et Castellani omnes cum Gomitio Comite congregati ei communiter occurrerunt. Cumque utrique in Campo spinæ prope Septempubicam convenissent, Castellani suas acies ordinarunt: primam aciem cum regni vexillo Petro de Lara Comiti concesserunt: in postrema vero fuit Comes Gomitius tamquam maior. Et cum exercitus congregari incepissent, Comes Petrus qui ad Reginæ connubium anhelabat, in primis ictibus, vexillo proiecto, cessit hostibus sine pugna, et venit Burgis, ubi Regina tunc temporis morabatur. Comes autem Gomitius cum ceteris Castellanis bello institit strenue proeliando; sed prævalente Rege Aragoniæ, victus occubuit et occisus. Sed et miles quidam de domo Oleæ qui vexillum Comitis in sua acie præferebat, occiso equo, ad terram cecidit, et amputatis manibus, solis brachiis vexillum tenens, non cessabat, ^(x) Oleam, Oleam fortiter inclamare. Fugit ergo exercitus Castellanus, multis ex eis cædibus detruncatis, et Castella nuper inclita pro ^(y) vili commercio prosternitur derelicta. Aragonenses autem de Castellæ victoria elevati, Doriam transeuntes, per campos Gothicos adeunt Legionem, intermedia irruptionibus et incendiis devastantes; et licet incliti essent prædis, tamen cœperunt defectu pecuniæ stipendia minorari. Unde et Rex Aragonum ad Sanctuaria misit manum, et thesauros auri et argenti et pre-

(x) Al. Oleæ, Oleæ fortiter.

(y) Al. vicit dispendio.

tiosorum lapidum quos Regum et Reginarum devotio dedicaverat, manu sacrilega usurpavit, et etiam possessiones oblatas à Regibus infiscavit. Unde erga Deum et homines cessit ei in scandalum et peccatum: sperabat enim se regna uxoris perpetuo habiturum. Cumque ulterius processisset, Gallæci et Legionenses cum Infante Aldefonso qui (ut diximus) in Gallæcia consistebat, Regi Aragonum occurrerunt inter Astoricam et Legionem, in loco qui dicitur Via anguis, et commisso prælio, fugatis Legionensibus et Gallæcis, et cæsis pluribus ex utrisque, Rex Aragonum fuit victor, et per partes Castellæ rediens, fautores Petri Comitis devastavit, et eos persequens, in Montione prope Palentiam coarctavit, ubi fugientes se receperant cum Regina, et ex eis ibi aliquos cepit: et sic in Aragoniam rediit triumpho duplici coronatus. Petrus autem Comes de Lara, cum familiare commercium cum Regina indebite propalaret, sperans illud matrimonio confirmare, omnibus præeminebat, et cœpit Regis officium exercere, et quasi dominus omnibus ^(z) imperitare, sed magnates alii infamiam dominæ non ferentes, cœperunt ei resistere, et matrimonii propositum impedire.

(a) *De electione Aldefonsi Regis in Regem.*

CAP. III.

Verum timentes ne res ad effectum casu aliquo perveniret, ^(b) Gometus de Maceneto et Guterrius Fer-

(z) Compl. imperare.

(a) Tol. et Compl. De concordia Regis Aragonensis et Regis Aldefonsi, et de morte Regis Aragonum.

(b) Al. Gometus de Machometo. Al. Gometus Maceneto.

Fernandi de Castro præ omnibus institerunt, ut Aldefonsum Reginae filium et Comitis Raimundi, quem à tempore avi in Gallæcia nutriebant, ad regni fastigium evocarent. Qui favore omnium evocatus, in regni solio collocatur, resistente nihilominus sibi matre et Comite Petro de Lara; sed adiutus à suis, Comitem Petrum de Lara à regno expulit, et expulsus, ad asylum Comitis ^(c) Barcinonæ abiit destitutus. Rex autem matrem suam Reginam Urracam obsegit in turribus Legionis, sed pace inter matrem et filium procurata, retentis quæ Regina voluit, cetera filio resignavit, et intestinis discidiis iam sedatis, cœpit Rex, quamvis iuvenis, potentiam Aragonum attentare, qui adhuc in regno suo potiora loca sub potestatis suæ dominio detentabant. Cumque ex Gallæcia, Legionem, Asturiis, et Castellam exercitum congregasset, Rex Aragonum ex adverso per partes Anagari cum suo exercitu veniebat. Videntes autem Episcopi et Abbates Castellæ et Aragoniæ, quod ista dissensio posset Arabibus viam dare sicut tempore Roderici, utrique Regi humiliter supplicarunt, ut à proelio abstinerent, donec de concordia tractaretur. Demum cum esset iunior Rex Aldefonsus, fuit taliter procuratum, ut supplicaret per Episcopos et Abbates Regi Aragonum tamquam patri, ut sibi restitueret regnum suum, et cum de iure non posset, nollet eum de facto privare, quia ipse paratus erat tamquam filius, eum in omnibus adiuvare. Et Rex Aragonum, his auditis, cum esset vir pius

et optimus, sic respondit: "Gratias ago Deo vero, qui filio meo tale consilium inspiravit, quia ^(d) et si antea hoc fecisset, me numquam hostem, sed propitium habuisset, et ecce nunc ex quo ^(e) petiit gratiam, nihil eorum quæ ad eum pertinent, mihi volo, sed cuncta restituo incunctanter." Mandavit itaque omnibus qui munitiones, castra, et oppida detinebant, ut Regi iuveni privigno suo omnia restituerent sine mora. Et firmata pace concorditer et benigne, uterque exercitus sine belli periculo ad propria remeavit, Aldefonso iuvene Rege in integrum restituto. Verum Rex Aragoniæ audivit ibidem Arabes suis finibus advenisse, et in eorum occursum properans, in loco qui Fraga dicitur, cum Arabibus decertavit, et qui alias ^(f) semper invictus fuerat, strenuitate Aragonum frigescente, sacrilegii quod Legionem commiserat, solvit poenas: nam victus occiditur, et si occisus inventus fuerit, dubitatur. Ab aliquibus enim dicitur corpus eius in montis Aragonis monasterio tumulatum, à Mauris tamen ante redemptum. Ab aliis dicitur vivus à proelio evasisse, et confusionem proelii nequens tolerare, peregrinum se exhibuit huic mundo, effigie et habitu immutatus. Et annis aliquot interpositis, quispiam se ostendit, qui se eundem publice fatebatur, et multorum Castellæ et Aragoniæ id ipsum testimonia affirmabant, qui cum eo in utroque regno fuerant familiariter conversati, et ad memoriam reducebant secreta plurima quæ ipse olim cum eis habitâ recolebat, et antiquo-

(d) Compl. si et antea.

(e) Compl. petit gratiam.

(f) Compl. et Al. fere semper.

(c) Tol. et Compl. Barcinonia.

(d) Compl. in.

(e) Tol. et Compl. in. de concordia. Regis. Aragonum. et Regis. Aldefonsi. et de morte Regis. Aragonum.

(f) Al. Goma. de Mancia. de Mancia. de Mancia.

mur

tum assertio ipsum esse firmiter asserebat. Demum tamen quia eum ex regno plurimi sectabantur, et de die in diem eorum numerus augebatur, Aldefonsus Rex Aragoniæ fecit eum suspendio interire.

De magnalibus Regis Aldefonsi circa principium regni sui.

CAP. III.

Æ. 1146.

Aldefonsus autem filius Comitis Raimundi cœpit regnare Æra MCXLVI, et regnavit LI. annis. Mater autem eius regnaverat post mortem Aldefonsi qui cepit Toletum, quattuor annis: et fuit vir bonus, largus, strenuus, mansuetus. Cuius tempora viris optimis, Comitibus, magnatibus, et aliis strenuis ^(g) militibus abundarunt, cum quibus magna et ardua attentavit, et felici ^(b) exitu consummavit. Circa principium regni sui civitatem Cauriam acquisivit, et in ea per Bernardum Primatem qui eius tempore adhuc erat, dignitatis perditæ insignia reformavit, et Mauros qui in Lusitania habitabant, sæpe et sæpius conculcavit. Interea Bernardus Primas venerandus, ordinatis Ecclesiis provinciæ et primatus, beneplacitis Deo actibus gloriosus, ⁽ⁱ⁾ quarto nonas Aprilis, quarto decimo anno regni Imperatoris, defectu naturæ migravit ad Christum, et in Ecclesia quam de Mezquita ad titulum beatæ Virginis consecravit, obtinuit, cunctis flentibus, sepulturam, acclamantibus universis: "Cur nos pater deseris desolatos?" Vixit in pontificatu annis quadraginta quattuor. Est autem titulus tumuli

(g) Tol. et Al. magnatibus.

(b) Tol. et Al. exercitu consummavit.

(i) Compl. tertio nonas Aprilis, tertio decimo anno.

sic inscriptus: *Primo Bernardus fuit hic primas venerandus.* Huic successit Raimundus Episcopus Oxomensis. Postea Imperator per partes Toleti Mauros aggrediens, Calatravam quæ regnum Toleti graviter infestabat, ^(j) diu obsessam pugnis et machinis occupavit, et Ecclesiam cum multis possessionibus et decimis regalium reddituum domino Raimundo Toletano Primati concessit, et eiusdem villæ iurisdictionis municipia quæ munitionibus præminebant, quædam retinuit, quædam solo dirupta adæquavit, scilicet ^(k) Alarcuris, Caracoi, Petrochium, Sanctam Euphemiam, Mestantiam, Alcudiam, Almodovar. Et cum esset irruptione frequenti Mauris infestus, omnia sibi prospere succedebant, et iam Hispaniarum Regem in suis ^(l) litteris se vocabat.

(j) Tol. habet et.

(k) Tol. Alarcuris.

(l) Tol. et Al. in suis se vocabat.

De ortu et genealogia Regum Portugallie.

CAP. V.

Verum Comes Enricus de quo diximus quod Rex Aldefonsus Tarasiam filiam ei dederat in uxorem, cum esset vir bonus, iustus, strenuus, timens Deum, cœpit aliquantulum rebellare, non tamen subtraxit hominum toto tempore vitæ suæ; sed à finibus Portugalliæ eiecit, prout potuit, Agarenos, sibi iam specialem vendicans principatum. Hucusque etenim cum gente sua ^(m) iuxta mandatum ad exercitum et ad curiam veniebat, sed benignitas, immo negligentia Aldefonsi, tamquam consanguineo et affini improvide deferebat. Ipse ve-

(m) Tol. et Al. non habent iuxta.

ve-

vero Enricus Viseo et Lameco et Portugali sedes restituit Cathedralis, et à Toletano Primate eorum Episcopi fuerunt consecrati. Coimbriæ etiam eius tempore fuit Burdinus, de quo diximus, primus Episcopus consecratus. Bracaram etiam quæ variis vastationibus adhuc diruta permanebat, vigili studio restauravit, et per Bernardum Toletanum Primatem fuit dignitati pristina restituta. In ea enim Sanctum Giraldum Toletanum Cantorem, de quo diximus, in Archiepiscopum consecravit. Comes autem Enricus ad petitionem uxoris suæ Tarasiæ quæ Regina, quia Regis filia, dicebatur, terræ suæ civitates singulis Episcopis donationis titulo assignavit, præter Coimbriam quæ apud eos tunc temporis ut urbs regia habebatur. Hic Enricus genuit ex Tarasia Aldefonsum qui, mortuo patre, successit in principatu, et à principio Dux Portugallia dicebatur. Hic duxit uxorem Mafaldam filiam Comitis Maurienæ, ex qua suscepit filium Sancium et Urracam quæ fuit postea uxor Fernandi Regis Legionensis, et genuit ex ea filium Aldefonsum de cuius genere post dicemus, et aliam filiam quæ Tarasia dicebatur, et nupsit Philippo Comiti Flandriæ et ⁽ⁿ⁾ Hannoniæ, et fuit mortua sine prole. Filius eius Sancius duxit uxorem nomine Dulcem, filiam Raimundi Comitis Barcinonæ et Urracæ ^(o) Aragonensis, et suscepit ex ea filios, Aldefonsum qui ei successit in regno, et habuit uxorem Urracam filiam Regis Castellæ nobilis Aldefonsi, et genuit ex ea filios, San-

cium Regem Portugallia successorum, qui etiam adhuc regnat: habuit secundum filium Aldefonsum qui duxit uxorem Matillam nomine de partibus Franciæ ^(p) Bologniæ Comitissam, et per eam habet hodie Comitatum. Habuit etiam tertium filium nomine Fredinandum qui in Castella duxit uxorem Sanciam filiam Comitis Fredinandi. Habuit etiam filiam Alienor quæ nupsit Regi Daciæ, et ibi fuit mortua sine prole. Rex autem Sancius de quo diximus, præter Aldefonsum cuius generatio iam est dicta, filium habuit alium nomine Petrum. Hic duxit uxorem filiam Argmengaudi Comitis Urgellensis, quæ expers proli vitam finivit. Habuit et alium filium Ferdinandum qui duxit uxorem Flandriæ Comitissam, et antequam prolem susciperet, vitam finivit. Habuit et aliam filiam Tarasiam nomine, quæ Aldefonso Regi Legionensi fuit incestuoso contubernio copulata, ex quo suscepit filium nomine Fernandum, et filias Sanciam atque Dulcem, et Fernando et Sancia iam defunctis, Dulcis remanet nondum nupta.

De ^(q) insignibus præliorum Regis Portugallia Aldefonsi.

CAP. VI.

Nunc contexta generatione Principum Portugallia, ad Aldefonsum Ducem de quo cœpimus, revertamur. Hic Aldefonsus fuit strenuus et pertinax in agendis. Hic primus in Portugallia sibi imposuit nomen Regis, cum pater eius

^(p) Tol. et Al. Babylonica.

⁽ⁿ⁾ Compl. Hannoni.

^(o) Compl. Regina Aragonensis.

^(q) Compl. et Al. insignis.

eius Comes, et ipse Dux antea dicerentur; et ab Eugenio Papa tertio, cui regnum suum constituit censuale, multa privilegia et indulgentias impetravit. Hic apud Coimbriam construxit monasterium Sanctæ Crucis, quod donariis et possessionibus multis ^(r) ditavit. Construxit et aliud monasterium quod Alcobatia nominatur, quod multis dotavit possessionibus, et ditavit. Cepit Sanctam Irenæam, Sintriam, et ^(s) Ulysbonam, Elboram, et Alanquellum. Multa etiam loca quæ patriæ utilitas exposcebat, et muris firmavit, et diu deserta, noviter populavit. Habuit bellum cum Fernando Rege Legionis, in quo fuit victus et captus, sed clementia adversarii suis protinus redonatus. Propria autem morte decessit, sepultus Coimbriæ in monasterio Sanctæ Crucis. Cui successit filius eius Sancius de quo diximus, vir magnæ prudentiæ, et strenuus in agendis. Contra Mauros plurima bella gessit, et Sylvam nobilem civitatem animosus obsedit, et adventantibus ex ^(t) Flandria plurimis bellatoribus, demum cepit, et in ea pontificalem cathedram elevavit; sed postea incursu Arabum ^(u) veniente, remansit primis incolis subiugata, expulso inde catholico incolatu. Populavit etiam loca plurima quæ in ditione Regis Portugalliæ adhuc extant: Caveam Iuliani quæ vulgariter dicitur Covillana, Guardiam, Montem sacrum, Portum molarum, et Turres novas, et multa alia quibus remansit Portugallia dilatata. Et morbo chronico diu detentus, vitam finivit, in

(r) Al. mirabiliter adornavit.

(s) Tol. Ulysbonam.

(t) Compl. partibus Flandriæ.

(u) Compl. et Al. violento remansit.

monasterio Sanctæ Crucis iuxta patrem traditus sepulturæ. Huic successit filius Aldefonsus, in principio christianissimus, in fine suæ deditus voluntati. In diebus eius Alchazar et castra alia in ditionem fidei catholicæ pervenerunt. Moriturus autem elegit in monasterio Alcobatix sepulturam. Post hæc Sancius filius eius successit in regno. Huius temporibus Helvis, Iurmenia, Serpia, et multa alia castra Maurorum Christianorum victoriis accesserunt. Adhuc extat, et Dominus dirigat vias eius. Et ut genealogiæ Regum Portugalliæ seriem texeremus, à proposito divertimus aliquantum.

Quod Imperator divisit imperium filiis suis.

CAP. VII.

Nunc ad gesta Aldefonsi Hispaniarum Regis, prout cœpimus, revertamur. Mortuo itaque Aldefonso Rege Aragonum, et substituto eidem Ranimiro Monacho fratre suo, cœpit Aldefonsus Rex Hispaniarum Aragoniam infestare, adeo quod civitates et castra quæ sunt citra Iberum, et loca omnia occupavit. Tandem post longa certamina ea lege in concordiam redierunt, ut Rex Aragonum omnia supradicta teneret in feudo à Rege Hispaniarum, et ei fieret in vasallum. Quod et fuit fideliter observatum usque ad obsidionem Conchæ, in qua dicitur Rex Castellæ Aldefonsus nobilis Regi Aragonum Aldefonso hominum et dominium remisisse. Post hæc rediens Legionem, imposuit sibi im-

perii diadema, et vocatus fuit deinceps Imperator. Habuit autem duas uxores, Berengariam atque Richam. Ex Berengaria genuit Sancium, et Fernandum, Elisabeth, et Beatiam. Elisabeth nupsit ^(x) Ludovico Regi Francorum, ex qua genuit filiam quæ dicta fuit ^(y) Adelodis, et fuit uxor Comitis de Pontino. Et illa Comitissa genuit Mariam quæ fuit mater Ioannæ Reginæ Castellæ et Legionis. Beatia nupsit Sancio Regi Navarræ, et suscepit ex ea duos filios, et tres filias, de quibus superius est iam dictum. Post hæc consilio quorundam Comitum, Amalarici de Lara et Fernandi de Transtamarim, discidia ^(z) seminare volentium, divisit regnum duobus filiis, Sancio et Fernando. Sancio primogenito dedit Castellam usque ad Sanctum Facundum, et Morum Reginæ, et Aggerem fumorum, et Oroniam, Covellas, Medinam, et ^(a) Arevalum, et totum territorium Abulense, et inde sicut dividit Calciata, quæ dicitur deguinea, et in Asturiis sicut dividit ripa Ove. Residuum versus mare, et Portugalliam dedit minori filio Fernando.

De captione Cordubæ.

CAP. VIII.

Postea cum magna suorum multitudine metuenda urbem aggressus est Cordubensem. Cumque prope eam venisset, Princeps ^(b) Avengamia qui Cordubæ præsidebat, de viribus non confidens, exivit obviam Imperatori, et claves obtulit civitatis, eius dominio

sese tradens. Cumque Imperator acceptasset oblata, recepit etiam civitatem, et in Mezquita Raimundus Primas et Archiepiscopus Toletanus ritu catholico sollemnia celebravit. Cum vero civitas esset nimium populosa, nec Imperator sufficeret tot ibi ad conservationem dimittere bellatores, qui possent resistere incolis, si vellent forsitan malignari, demum consilio minus sano, Avengamiæ qui ei civitatem dederat, commisit custodiam civitatis, et ille super librum Mahometi qui Alchoranus dicitur, sibi et Regi Sancio filio suo fecit hominium, et iuravit.

De adventu Regis Franciæ in Hispaniam.

CAP. IX.

Post hæc quidam maligni inter eum et Regem Franciæ volentes odium seminare, Regi Franciæ obrepserunt, dicentes Elisabeth uxorem suam esse ortam ex vilissima concubina; et Rex Ludovicus volens experiri suggesta, iter arripuit ad Sanctum Iacobum veniendi. Quod præsentiens Imperator, Burgis occurrit turba herilium procerum comitatus, equorum et thesaurorum copiis adornatus, et gener eius ab eo et Rege Navarræ qui cum eo venerat, gloriosissime est susceptus, ita quod ipse Rex Franciæ in aspectu tantæ gloriæ obstupebat. Cumque eum usque ad Sanctum Iacobum produxisset, inde rediens, Toleti curiam celebravit, tam Christianorum, quam Arabum eius imperio subiectorum, cui etiam interfuit Raimundus Comes

(x) Compl. hic et alibi *Lodovico*.

(y) Compl. et Al. *Adeledis*.

(z) Al. *semper volentium*.

(a) Tol. *Ar-cualum*.

(b) Compl. hic et infra *Avengania*.

mes Barcinonensis. Cumque Rex Franciæ tam nobilem curiam inspexisset, admiratus omnia, dixit coram omnibus protestatus, similem curiam, similem apparatus in orbis ambitu nusquam esse, nec tantam supellectilem se vidisse. Tunc Imperator ostendens ei Comitum Barcinonæ, qui in magno et honorabili apparatus erat: "Ecce, inquit, ex huius sorore Berengaria suscepi filiam quam vobis contuli in uxorem, et si vobis hanc ignobilem, et me in gloriam suggererunt, oculi vestri videant veritatem." Tunc Rex Ludovicus gratias egit, dicens: "Benedictus Deus, quod filiam tanti domini ex sorore tanti Principis habere merui in uxorem." Obtulit autem Imperator infinita donaria, quæ (d) sui valore numerum excedebant; sed nil eorum voluit recipere Ludovicus, nisi quemdam carbunculum, quem in corona spinæ Dominicæ apud Sanctum Dionysium collocavit, quem etiam meminisse me vidisse.

De ortu Almohadum.

CAP. X.

In diebus autem huius Imperatoris Aldefonsi surrexit apud Arabes vir quidam nomine Aventumerth, homo in Astronomia et naturalibus valde doctus. Hic curiositate vigili investigans, quæsivit iuvenem filium figuli, qui (e) Abdelmon proprio nomine dicebatur, et ei suadens grandia, prædixit eum Regem Arabum affuturum, qui mox consentiens (f) prophetæ monitis, acquievit. Aventumerth au-

tem adscivit quemdam qui Almohadi vocabatur, et erat in Mahometi doctrina valde peritus, et cœpit librum Mahometi qui dicitur Alchoranus, exponere, et docere, et Caliphe de Baldac qui est Papa Arabum, et descendit generationis linea de semine Mahometi, contraria prædicare; similiter contra Almoravides qui tunc culmen regni in Africa obtinebant, rebelliam adhortari. Et tantam seduxerunt populi multitudinem, quod licet Rex (g) Aboali, qui erat Rex et dominus Almoravidum, cum eis sæpius concertasset, et etiam devicisset, tanta fuit commotio eius gentis, quod non potuit prevalere. Ille etiam Abdelmomus qui regalia exercebat, adiutus prædicatione Almohadi et consiliis Aventumerthi, Regem Aboali vicit, et interfecit, et totum regnum obtinuit Africanum, et apud Marrochum gentis illius metropolim statuit sedem suam, et Almohadi quasi Dei prophetam in omnibus honorabat, cuius prædicatione totam Africam acquisivit, et suo gladio subiugavit. Tandem etiam in Hispaniam cisfretavit, et fere suo dominio omnes Arabes incurvavit, et eo reverso in terram suam, mortuus est (h) Almohadi, quem Abdelmomus non longe à Marrochis regio funere sepelivit. Et in tanta veneratione habetur, ut in necessitatibus suis ad eum recurrant subsidia petaturi, et ab eius nomine complices huius sectæ Almohades nominantur. Alii tamen dicunt Almohades unitos interpretari. Post hæc, mortuo (i) Abdelmomo, filius eius Aveniacob successit in regno, qui in Hispanias

(c) Compl. venerat apparatus.

(d) Tol. et Al. sine valore.

(e) Al. Abdelmon.

(f) Tol. et Al. prophetæ monitis.

(g) Tol. et Al. Aboali.

(h) Compl. Almohadi.

(i) Al. Abdelmomo.

(j) Al. *Avenin-*
caps. Compl.
Avenyuzeph.

nias veniens, à quodam Christiano occisus fuit in Portugali. Cui successit frater eius ^(j) Advenyuceph, qui in bello Alarcuris repulit Christianos, et hoc mortuo, successit ei filius eius Avenmahomath, qui in Navis Tolosæ ab Aldefonso Rege nobili fuit victus: quæ victoria discessionis et exterminii Almohadibus causam dedit.

De captione Beatie et Almarie.

CAP. XI.

Cumque iam in purpura diadematis seminarium discidii germi-
nasset, Imperator, congregato exercitu, obsedit Beatiam; et cum de suis aliqui recessissent, Sarraceni undique congregati, ad solvendam obsidionem illico advenerunt. Apparuit autem in nocte Sanctus Isidorus confortans Imperatorem, et in congressu crastino se pollicens adiutorem. Igitur luce crastina apparente, inito proelio, iuxta promissum Sancti Isidori obtinuit Imperator, et fugatis auxiliis, Mauri incolæ, quia resistere non valebant, eius dominio se dederunt, et ei urbis præsidium tradiderunt, quod ipse in continenti replevit bellatoribus et incolis christianis, et remanserunt Mauri subditi sub tributo; et propter miraculum Ecclesiam Sancti Isidori conventu regularium ordinavit, et donariis plurimis adornavit. Et inde procedens, pervenit ad civitatem maritimam, quæ dicitur Almaria. Cumque aliquandiu ibi mansisset, Raimundus Comes Barcinonæ et naves Ianuensium advenerunt. Qui cum eum in ac-

quisitione fideliter adiuvisent, obtinuit, et sibi retinuit civitatem, et spolia omnia Ianuensibus est largitus; inter quæ inventum fuit vas smaragdineum, ut scutella, et Ianuenses illo contenti, cetera dimiserunt, quæ fere omnia Comiti Barcinonæ contulit Imperator. Et reversus est Imperator, inclitus victoria et honore, et Beatiam usque pervenit: ibique relicto filio suo Sancio ad custodiam civitatis et Andugari, ^(k) ipse Imperator per montem qui ^(l) Muratal dicitur, iter arripuit redeundi. Cumque venisset ad ilicem quamdam, frondibus densam et ramis, ibidem infirmitate vexatus, vitam finivit, et statim Fernandus filius eius timens à fratre suo Sancio præveniri, cum magnatibus regni sui regnum adiit Legionis.

De successione Regis Sancii in regno Castelle.

CAP. XII.

Cumque Rex Sancius qui Beatie remanserat, hoc sensisset, relictis omnibus ^(m) quæ ultra montem de Muratal Christianitas possidebat, ad funus patris velociter properavit, et cum Primate Ioanne qui tunc aderat, patrem suum duxit Toletum, et ibidem in patriarchali Ecclesia honorifice sepelivit, et coepit regnare Æra MCXCVII, et regnavit anno uno, et ex tunc coepit assignati regni negotiis providere; et vivente patre, uxorem duxerat nomine Blancam, filiam Garsie Regis Navarræ et Margelinæ filie Rotronis Comitis Per-

(s) Compl. et
apparat. tunc

(k) Tol. et
Quesate.
(l) Al. *Muradal.*

(u) Tol. et
vultus sui

(m) Al. *Beatia*
quæ.

Æ. 1197.

(v) Tol. et
vultus sui

(v) Tol. et
vultus sui

fi-

filium nomine Aldefonsum, qui trium annorum remanserat in morte Imperatoris. Hic Rex Sancius tanta benignitate pollebat, quod clypeus nobilium dicebatur, et tanta congerie virtutum claruit, ut pater pauperum, amicus religionum, defensor viduarum, tutor pupillorum, iustus iudex omnium ab omnibus ⁽ⁿ⁾ vocabatur. Nihil arduum reputabat, quod ad cordis magnificentiam pertineret, ascensionem virtutum in corde suo continue disponebat, et munditiam amans, ad ea quæ virtuosum faciunt, anhelabat. Quid de moribus eius, ^(o) de strenuitate in hostes, de liberalitate in omnes, de iustitia in suos, de pietate in fratrem, de devotione in Ecclesias, de timore in Deum dicam? Huic pater divisit imperium, sed ipse virtutes omnium in se virtutum fibula colligavit.

De restitutione magnatum Legionis per Regem Castellæ.

CAP. XIII.

Rex autem Fernandus, cum esset pius, misericors, et benignus, susurrorum tamen linguis aures credulitate facili inclinabat, qui volentes regni exordia perturbare, mala de quibusdam Comitibus suggesserunt, et ipse eorum susurris ^(p) inclinatus, abstulit eis temporalia feuda quæ tenebant. At illi Regem Castellæ Sancium adierunt, qui statim congregato exercitu, venit ad Sanctum Facundum. Quod cum Fernandus Rex Legionis audisset, verens cum fratre committere, habito suorum consilio, fra-

tris arbitrio se commisit, et cum paucis equitans, venit ad fratrem velocissime sine armis. Ipso vero improvisis omnibus veniente, Rex Sancius in mensa convivii conseedebat, et adeo Rex Fernandus venit festinus, quod vix potuerunt ei assurgere convivantes. Rex autem Sancius, ut improvisus adventus potuit tolerare, eum recepit curialiter et iucunde, et iuxta se in ^(q) consessu regio collocavit. Erat autem Rex Fernandus de cultu non curans, et venit illotus vestes et caput. Cumque vidisset eum Rex Sancius qui munditiam vestium et corporis diligebat, fecit in continenti balneum præparari, et tamdiu in mensa non comedens spectavit, donec lotus corpus et caput, optimis vestibus innovatus, in convivio cultu regio sedit ornatus. Et convivio splendide celebrato, Rex Sancius adventus sui causam, et cuius consilio sic advenerat, sciscitatur. Cui respondit: "Ad vos tamquam ad patrem et dominum veni securus, de virtute bona præsumens, et supplico quod regni mei fines invadere non velitis, quia etiam si velletis, vobis hominum facere sum paratus." Cui Rex Sancius sic respondit: "Absit à me, ut terram quam pater meus vobis contulit, meæ subiiciam potestati, vel frater meus, filius tanti patris, alicui hominio sit astrictus. Sed cum pater noster regnum nobis diviserit, et vos vestris, et ego meis et proveniuntus et terram tenemur magnatibus impartiri, quorum auxilio patres nostri terram perditam habuerunt, et Arabes repulerunt.

»Red-

(n) Compl. amaretur.

(o) Compl. hic dicam? nec repetit infra.

(p) Tol. inclinatis.

(q) Al. collegio.

»Reddatis ergo feuda sua Comiti
»Pontio de Minerba et aliis ma-
»gnatibus quos privastis, et non
»credatis susurronibus contra eos,
»et ego in continenti recedo.»
Tunc Rex Fernandus cum esset
piissimus et benignus, omnia quæ
Rex Sancius dixerat, acceptavit,
et statim ab invicem amicabiliter
recesserunt.

*Quod Calatrava data fuit Abbati
Fiteriensi, et de morte Regis
Sancii.*

CAP. XIII.

(r) **Q**uibus peractis, Rex Sancius
venit Toletum, et rumor incre-
buit, quod Arabes veniebant cum
magno exercitu Calatravam. Fra-
tres autem militiae templi qui ar-
cem Calatravæ tenebant, timentes
quod non possent Arabum violen-
tiæ obviare, ad Regem Sancium
accesserunt supplicantes, ut et ar-
cem et villam Calatravæ recipe-
ret, quia non erat eis facultas Ara-
bibus resistendi, nec inventus fuit
aliquis de potentioribus qui vellet
defensionis periculum expectare.
Erat autem tunc temporis in ur-
be regia Raimundus, homo reli-
gionis, Abbas Fiterii, et cum eo
monachus quidam qui Didacus
Velasqui dicebatur, homo nobi-
lis, et quondam strenuus in offi-
cio militari, et de Buronæ parti-
bus oriundus, et à iuventute cum
Rege Sancio enutritus. Qui videns
Regem sollicitum pro discrimine
Calatravæ, suavitè Abbati, ut à
Rege peteret Calatravam, et li-
cet Abbas se à principio (s) retra-
xisset, demum consensus monacho,

olim militi, supplicanti, et acce-
dens ad Regem, petiit Calatra-
vam. Et licet aliqui fatuum repu-
tarent, tamen sicut Domino pla-
cuit, Rex consensus: et Abbas cum
monacho in continenti venerunt ad
Primates Ioannem qui tunc præ-
erat Ecclesiæ Toletanæ. Qui au-
diens sanctum propositum, gra-
tias egit Deo, et statim rerum sua-
rum dedit auxilium, et fecit pu-
blice prædicari, ut omnes euntes
in auxilium Calatravæ omnium
peccatorum veniam mererentur.
Et facta est tanta commotio in
civitate, ut vix esset qui aut in
propria persona non iret, aut
equos, aut arma, aut pecunias in
subsidium largiretur. Et Rex San-
cius in continenti dedit Abbati et
Sanctæ Mariæ de Fiterio in pos-
sessionem perpetuam villam et
præsidium Calatravæ. Et Abbas
cum Didaco Velasqui monacho
venit, duce Domino, Calatravam,
et sic est factum, dispositione Al-
tissimi ordinante, quod Agarenorum
exercitus de quo rumor in-
creverat, non advenit. Et tunc
multi quos devotio incitavit, tem-
perato habitu, ut militaris agili-
tas exposcebat, eorum ordinem
receperunt, et in continenti cœ-
perunt contra Arabes cædes et
proelia exercere, et Domino ad-
iuvante, prosperatum fuit opus in
manibus monachorum. Tunc Abbas
reversus ad monasterium, armen-
ta et greges et cetera mobilia
quibus tunc temporis Fiterium
abundabat, necnon et multitudi-
nem bellatorum quibus stipendia
et viatica ministravit, duxit secum
veniens Calatravam, exceptis de-
bilibus et ægrotis quos ad ministe-
rium

(r) Al. his per-
actis.

(s) Compl. dif-
ficilem reddidit-
set.

rium monasterii dereliquit, et ut audivi ab his qui viderant, fere viginti millia hominum secum duxit. Et hic fuit in Fiterio primus Abbas. Mortuus autem, sepultus est in villa quæ Cirolos dicitur, prope Toletum, ubi Deus per eum (ut fertur) miracula operatur. Didacus autem Velasqui postea diu vixit, quem etiam memini me vidisse, et obiit in monasterio Sancti Petri de Gomello, et ibi sepultus requiescat in pace. Rex vero Sancius, postquam dedit Fiterio Calatravam, consummatus in brevi, complevit tempora multa: placita enim erat Deo anima illius, et ideo ^(t) festinavit eum Dominus educere de medio iniquitatis, et dare ei imperium non divisum. Obiit autem Toleti secundo calendas ^(u) Septembris, cui regni et vitæ anni circulus finem dedit. Regnavit enim anno uno, diebus duodecim, iuxta patrem sepultus in maiori Ecclesia Toletana.

De Rege Aldefonso, et persecutione quam ab infantia toleravit, et de nutriciis eius.

CAP. XV.

Post obitum desiderabilis Sancii successit ei filius nomine Aldefonsus, trimus, et patris privilegio amplectendus, Æra MCXCVIII. Hunc genuerat ex Blanca filia Garsia Regis Navarræ. Hic ab infantia vultu vivax, memoria tenax, intellectu capax. Sed quia regnorum principia vix carent discordia etiam in adultis, multi de suis qui ad discidia inhiabant, Fernando Regi Legionensi, Infantis patruo,

suaserunt, ut Regis pueri initia perturbaret. Qui continuo acquiescens, aliquas civitates et oppida occupavit, ita ut ipse Rex parvulus quæreretur. Causa autem huius seditionis (ut dicitur) ista fuit. Cum desiderabilis Sancius pater eius videret diem obitus imminere, vocatis magnatibus, mandavit omnibus, ut terrarum dominia quæ ab eo tenebant, feudo temporali usque ad annos quindecim retinerent, et tunc filio suo fideliter resignarent. Cumque puer Guterrio Fernandi de Castro à desiderabili Sancio fuisset commissus, et ipse post patris obitum custodiæ pueri diligentiam adhiberet, accesserunt ad eum Garsias Garsia de Atia, Comes Amalaricus, Comes Alvarus, ^(x) Nunnus Petri de Lara, et hi tres ultimi erant fratres, filii Comitis Petri de Lara et Avæ Comitissæ. Garsias Garsia erat frater eorum ex matre, et filius Comitis Garsia qui in bello Uclesii cum Infante Sancio fuit occisus. Itaque omnes suaserunt Guterrio Fernandi de Castro, ut daret puerum Comiti Amalarico, qui erat potens, et carus habitantibus Estrematuram, et sic posset terræ seditio complanari, et ipsi autem Guterrio Fernandi tamquam maiori deferrent. Erat enim vir grandævus et honorabilis, qui etiam desiderabilis Sancii patris pueri curam habuerat, cum viveret Imperator. Hic dicitur fere quingentos milites manu propria accinxisse cingulo militari, et habuit uxorem nomine Theodam, ex qua tamen prolem aliquam non suscepit, sed habuit fratrem nomine

Ro-

Sap.4. 13. 14.

^(t) Al. festinauerat.^(u) Al. Novembris, cuius regni.^(x) Al. Nunnus.

Æ. 1198.

Rodericum Fernandi, qui fuit Calvus agnominatus. Hic habuit quattuor filios: Fernandum Roderici, et Alvarum Roderici, et Petrum Roderici, et Guterrium Roderici, et filiam Sanciam Roderici, quæ fuit uxor Alvari Roderici de Guzman. Cumque Guterrius Fernandi adhibuisset fidem verbis Comitis Amalarici et fratrum suorum, eorum fidei commisit infantem, et infantem receptum (y) Garsia de Atia tamquam maioris custodia commiserunt. Ipse vero cum esset simplex, et rerum non providus dispensator, quæsiuit à fratribus, unde posset de sumptibus providere. Ipsi vero gaudentes, eo quod ad custodiam pueri anhelabant, dixerunt ei, ut se ab expensarum onere expediret, et traderet puerum Comiti Amalarico. Quod et ipse acceptans, sumptibus caruit et regimine et honore.

(y) Compl. Garsia Garsia de Atia.

(z) Tol. et Compl. dispensatione.

(a) Al. Atentia.

De (z) dissensione magnatum Castellæ super custodia Regis Castellæ, et de fuga eiusdem in (a) Atentiam.

CAP. XVI.

Cum vero Guterrius Fernandi percepisset hos fratres cum Rege parvo rebellare, iuxta quod promiserant, petiit ab eis restitui sibi Regem. Quem ipsi tamquam improvidum deriserunt. Cumque inter utramque domum, de Castro videlicet et de Lara, longa concertatio incidisset, multa hinc inde pericula, multa homicidia acciderunt, adeo quod hæc discordia occasionem præbuit Legionen-

sibus prævalendi, in tantum quod et aliquam partem Castellæ et extremorum Dorii occuparent. Cumque Comes (b) Amalaricus et fratres sui sibi timerent, Regem puerum Sorix dimiserunt sub (c) fidei custodia in parochia Sanctæ Crucis. Inter hæc autem Guterrius Fernandi vitam finivit, et in monasterio Sancti Christophori de (d) Eucis fuit sepultus, et Comes Amalaricus in continenti petiit terram à nepotibus Guterrii Fernandi, sed illi usque ad quintum decimum annum pueri iuxta statutum Regis Sancii patris sui reddere noluerunt. Unde et ipsi corpus Guterrii Fernandi inhumaniter exhumantes, de prodicione, nisi terram restituerent, (e) reputarunt. Sed nepotes eius ab impetitione huiusmodi liberarunt, dicentes, quod Rex ab ipso numquam petierat terram suam, unde iam mortuus non poterat criminari; et sententia curiæ absolutus, propriæ restituitur sepulturæ. Cumque in nepotes eius vellent obiecti criminis infamiam retorquere, responderunt se testamentali edicto Regis Sancii terram sibi creditam usque ad annos quindecim retinere, et tunc parati erant terram restituere Regi suo. His decertationibus inflammati, terram Regis pueri cum deberent fideliter regere, et tueri, incursionibus et cladibus affecerunt, et crescentibus malis, usque adeo res processit, ut Regi Legionensi fere totius regni, et etiam Toleti per duodecim annos solverentur reditus et tributa, et Comes Amalaricus ad tantæ necessitatis articulum fuit ductus, ut Regi Legionensi facere hominum cogere-

(b) Al. Amalaricus. Compl. Amalaricus.
(c) Tol. et Al. fidei.

(d) Tol. Eucis.

(e) Compl. et Al. reptaverunt.

tur

tur de dando Rege puero in vas-
sallum. Cumque cum ipso Rege
Soriam pervenisset, ut iuxta ho-
minium Regem puerum reciperet
in vasallum, facto Concilio So-
riensi, illi quorum fidei Rex te-
nellus fuerat deputatus, Amalari-
co Comiti sic dixerunt: "Liberum
vobis damus, et liberum custo-
dite." Et tunc puer à quopiam
concitatus, in brachiis baiuli cœpit
flere, et in domum ducitur sub
specie cibi dandi, ut sic à fletu
cessaret, et patruo traderetur. Tunc
Petrus Nunii de fonte ^(f) Almexi-
ri, miles strenuus et fidelis, Re-
gem puerum protexit sub cappa,
et velocissimo equo insidens, ea
die ad castrum Sancti Stephani du-
xit eum. Cumque in Concilio So-
riensi Rex Legionis et Comites
et Barones varia varie pertracta-
rent, et simulatum somnum Re-
gis pueri spectarent, Rex Legio-
nis de puero percunctatur. Erat
enim spectatione et desiderio fa-
tigatus. Et dum quæreretur à pæ-
dagogo pueri, ^(g) quonam esset,
respondit: "Miles venit, qui eum
duxit patruo præsentandum." Cumque
Comites moram variis
protractionibus procurarent, de-
mum in civitate facta perturbatio-
ne non modica, ea conditione à
Rege patruo recesserunt, ut solli-
cite inquirentes, ubilibet inveni-
rent, puerum restituerent iuxta
pactum. Et ea nocte ad Sanctum
Stephanum pervenerunt. Sed Co-
mes Nunius, quasi quæsiturus pue-
rum, præcucurrit, et inde assum-
pto puero, sequenti die Atentiam
se recepit, et pacta et hominia
pro liberatione domini non cura-
vit. Quod audiens Rex Fernandus,

doluit, reputans se delusum, et mi-
sit quemdam militem Comiti Ama-
larico, qui eum de infidelitate et
periurio appellaret. Qui attendens
pro liberatione domini naturalis
quidlibet faciendum, et tenellum
dominum omnibus præponendum,
nuncium qui ad reptandum vene-
rat, iocose delusum, sine respon-
so alio remiserunt. Tandem cum
Rex Ferdinandus Comitem Ama-
laricum præsentialiter reptaret, Co-
mes Amalaricus sic dicitur respon-
disse: "Si sum fidelis, aut prodi-
tor, aut alevosus, nescio; sed quo-
cumque modo potui, tenellum
puerum dominum meum à ser-
vitate indebita liberavi, cum sim
eius domini naturalis." Ad hæc
omnium iudicio est ab imposito
crimine absolutus.

*Quod Rex Fernandus obtinuit
fere totam Extrematuram.*

CAP. XVII.

Occupavit itaque Rex Fernan-
dus omnes civitates et castra et
villas, præter paucissimas in qui-
bus Rex puellus receptabatur ali-
quando minus tute, et qui adhuc
à mamillis nutricis parvulus de-
pendebat, ætatis gratia favorabi-
lis, naturæ beneficio innocens, pa-
tris privilegio amplectendus, fu-
tutorum indiciis observandus, qua-
si iam reus, vel nocens, ad mor-
tem quæritur, quasi non verus he-
res, exheredatur, quasi non filius
primogenitus Imperatoris, qui de-
bebat esse heres ex integro, à pa-
trimonio effugatur. Quid mali fe-
cit, qui loqui non poterat, qui
nec statum suæ infantiaë agnosce-
bat?

bat? Nisi hoc dignum persecutione dicatur, quod quidquid possibilitati illius ætatis suberat, hoc in puero bonorum præsagiis monstrabatur, quæ omnia processus infantia iam in pueritia ostendebat, in qua regalis gravitas, levitatis puerilis ignara, successione temporum mirabiliter coalebat. Quæque in aliis Principibus vix ætas etiam operatur, in isto gratia superabat. Itaque puerorum ludicra vir mente transcendens, et bella plurima contra patrum decenter exercuit, et munitiones plurimas immerito perditas merito recuperavit, faventibus sibi Amarico et Nunio Comitibus, et plurimis magnatibus, qui toto tempore vitæ suæ ei inseparabiliter et fideliter adhæserunt, qui etiam eum propriis humeris et brachiis nutrierunt. Nec etiam fuit locus vel civitas, licet Regem Fernandum prædictis de causis stulta vulgi mobilitas sequeretur, in quibus aliqui saniori et fideliori mente præditi Regi puero non faverent. Unde et quidam ex eis persecutionem et damna à Fernando Rege et suis complicitibus pertulerunt, et ipsi magis elegerunt cum vero domino fideliter exulare, quam, fide læsa, utilitatis causa indebito Principi obedire. Horum nomen et genus etiam hodie habetur in omnibus regni finibus gloriosum, remuneratione plenum, opprobrio vacuum, potentia sublimatum, familiaritate regia honestatum.

*De commendatione fidei,
seu fidelitatis.*

CAP. XVIII.

Quid fide gloriosius? Impossibile est enim Deo placere quempiam sine fide. Si prima gratia in iustificatione impii fides à Theologis prædicatur, per hanc damnatus homo gratiæ redonatur. Quid fidelitate potius appetendum? Cum enim sit utilis et honesta, sine hac Deus qui omnia potest, noluit mundum regi, quia si hæc periret, homo homini non subesset, nec quisquam ab alio tutus esset, et convictus inter homines ^(b) non adesset, sed nec quisquam sufficeret sibi solus, et ita congregatio hominum deperiret: igitur cuncta pro nihilo facta essent. Fides itaque sit prævia omnibus, per quam quilibet Deo placet, qui est Dominus dominorum; fidelitatem etiam circa inferiores tamquam pupillam oculi inviolatam custodiat et illæsam. Numquam enim hereditatis eius tuta possessio violatur, et eius negotiatio numquam mercede fraudatur: non est in ea labor sine præmio, nec est timor sine adiutorio: oculi eius securi, frons velari nescia non indiget velamento: tuta in occulto, ⁽ⁱ⁾ gloriosa in publico, iucunda inter amicos, nobilis inter odiosos, probis infesta, laudibus gratiosa, ab omnibus acceptatur, etiam ubi displicet, approbatur. Sed et vitiorum monstruosa caterva fidelitatem abnuens, quam in se renuit, in aliis concupiscit: dignitate enim humanæ naturæ conspicua, non prono, sed vultu incedit erecto, et

Heb. 11. 6.

(b) Al. nullus
esses.

(i) Al. tuta in
publico.

et terras dedignata, similis cœlestibus invenitur. Quiescit securitate conscientia, roboratur spei magnitudine, tota pura, tota desiderabilis, tota utilis invenitur. Hanc exquisivit à iuventute sua Aldefonsus desiderabilis Sancii filius, qui cum esset parvulus (ut dictum est) et fere regno privatus, suorum fidelitate et industria recuperavit perditam, acquisivit non habitam, ^(j) ædificavit deserta, donec iaceret fundamenta urbium, et erigeret excelsa turrium, et ruinas à sæculis repararet. Proficiebat enim apud Deum et homines sapientia et ætate. Persequentium manus evasit suorum sollertia liberatus. Tandem etiam Toletum obtinuit, quam duodecim annis occupaverat Rex Fernandus. Persecutus est persecutorem, et quem iniuste senserat hostem, sæpe persecutus est fugientem. Omnia enim quæ perdidit, acquisivit, et etiam Infantaticum, quod sub dubio vertebatur. Erexit eum Deus altissimus, et magnificavit eum creator ipsius, donec stabiliret illi solium gloriæ, et exaltaret ei diadema victoriæ. In fraude circumvenientium illi affuit, et honestum gloria fecit illum, custodivit eum ab inimicis, et à seductoribus tutatus est illum, et dedit illi certamen ut vinceret, et sciret quoniam omnipotens regit Reges, et per eum Principes tenent terram. Obtinuit itaque omnia quæ fuerant patris sui.

(j) Tol. et Compl. reedificavit.

Lucæ 2. 52.

IA 19. JoT (q)

Sap. 10. 11. &c.

De Rege Fernando Legionensi, filio Imperatoris.

CAP. XIX.

Nunc à prosecutione propositi aliquantulum divertentes, Regis Fernandi magnalia prosequamur. Fuit autem Rex iste Fernandus pius, hilaris, liberalis, strenuus, benignus, et in præliis fortunatus, erga religiones et Ecclesias sic devotus, ut eis fere omnia regalia largiretur, quæ tamen postea filius eius revocavit; et adeo communis omnibus habebatur, quod, tamquam regularis, in mobilibus fere proprium non habebat, et quamvis industria ^(k) minoratus, plus favore, quam timore ab omnibus amabatur. Et accepit uxorem, Urracam nomine, filiam Regis Portugalliæ Aldefonsi, ex qua suscepit filium nomine Aldefonsum. Rex igitur Fernandus, licet gener, Regi Portugalliæ pacificus raro fuit. Unde ad consilium cuiusdam ^(l) vernalis qui à Rege Portugalliæ læsus effugerat, locum optimum populavit, qui dicitur civitas Roderici, ex qua Portugalliæ intulit multa mala. Populavit etiam Letesmam in territorio Salamantino, et Granatam in territorio Cauriensi, ^(m) Beneventum, et Coiancam quæ nunc Valentia dicitur, in diœcesi Ovetensi, Villarepandum, Mansellam, et Maioricam in diœcesi Legionensi, castrum Toraph in diœcesi Zamorensi.

(k) Tol. et Al. immoratus.

(l) Tol. et Compl. vernuli.

(m) Compl. hic et alibi Beneventum.



De bello eiusdem cum Salamantinis.

CAP. XX.

Cumque Salamantina civitas ceteras regni urbes et habitatoribus et terminis superaret, indignati cives eo quod Rex eorum terminos decurtabat, contra Regem, faventibus sibi Abulensibus, seditionem moverunt, et in valle Muzæ pariter congregati cum duce quodam qui Munio Ravia dicebatur, cum Rege Fernando proelium inierunt, et præter spem omnium victoria Regi provenit, et ducem quem sibi ⁽ⁿ⁾ fecerant, Munionem Raviæ vivum cepit, quem capitali sententia condemnavit. Et sic, maioribus sibi faventibus, quorum sententia principio non potuit prævalere, vim vulgi multitudine faciente, demum experti præsumptionis flagellum, et potentia minorati, nunc suis maioribus et suo Principi pro venia supplicabant, et sic Rex victor civitatem, ut voluit, subiugavit, maioribus qui sibi faverant, honoratis. Post hæc Rex Fernandus corpus Regis Ranimiri, Destrianæ sepultum, Astoricam transtulit, et in Cathedrali Ecclesia sepelivit.

De succursu civitatis Roderici.

CAP. XXI.

Erat autem tunc temporis vir nobilis, de quo diximus, ex Castella, Fernandus Roderici, agnomine Castellanus, qui postquam feuda quæ tenebat, Regi restituerat Castellano, recesserat à Castel-

la, et transivit ad Agarenos, et cum eorum maxima multitudine ad civitatem Roderici venit festinus, ut præoccuparet locum et incolas improvisos. Sed dicitur Sanctus Isidorus custodi sacrorum suæ Ecclesiæ adventum prædicti Principis et Arabum revelasse, ^(o) ut ipse Fernando similiter revelaret; et Rex Fernandus audiens, egit gratias, in continenti properans ad subsidium obsessorum. Sed quia civitas nondum erat muris munita, populatores quadrigas, et scrinia, dolia, arcas, et lectos, et lignamina omnia in circuitu posuerunt, quibus usque ad adventum Regis hostibus ^(p) restiterunt. Rex autem veniens, invictus animo, confisus in Domino, et oraculo confortatus, cum obsessoribus concertavit, et maxima eorum multitudine interfecta, quæ vix poterat numerari, alios egit fuga, alios retinuit in captura: et munita civitate Roderici, quievit terra à proeliis diebus multis.

De bello Fernandi Roderici.

CAP. XXII.

Et Rex Fernandus optans strenuos, Fernandum de quo diximus, revocavit. Sed idem Fernandus quiescere nescius, coepit invadere Castellanos, et in campis Gothorum, in loco qui dicitur Lubricale, pugnavit cum Comitibus Castellanis, et socerum suum Osorium Comitem, qui debebat tunc temporis in Castella, et Alvarum Guterrii fratrem Roderici Guterrii interfecit, et multis aliis fugatis, captivatis, et interfectis, Comitem

Nu-

⁽ⁿ⁾ Al. præfecerant.

^(o) Al. ut et ipsi Regi Ferdinando.

^(p) Tol. et Al. institerunt.



Nunium et Rodericum Guterrii captivavit, qui tamen postea, recepto revertendi ^(q) hominio, taliter discesserunt, ut Comes Nunius, statuto tempore, et Rodericus Guterrii, postquam sepelisset Alvarum Roderici, se restituerent captioni. Sed cum Rodericus Guterrii esset sagax, fratrem suum in sarcophago posuit, et tamdiu distulit sepelire, donec Fernandus Roderici vitam finivit, et sic fuit à captivitatis hominio liberatus. Comes autem Nunius die et loco quo redire debebat, assumptis secum sexcentis militibus, venit Donias, et in præsentia omnium Fernandi Roderici se obtulit captioni, dicens coram omnibus: "Ecce adsum, et iuxta condictum me recipite in captivum." Sed cum Fernando Roderici non esset facultas sexcentis militibus resistendi, nemo manus in eum iniecit. Et Comes Nunius protestatus coram omnibus captivitati se tempore placiti obtulisse, abiit liberatus, et sic sollicitudo delusa est captivantis. Occiso autem Osorio Comite, ^(r) Fernandus Roderici filiam eius quam in uxorem duxerat, dereliquit, afflictæ addens afflictionem: sed ipsa nupsit Petro Ariæ, ex quo genuit Rodericum Petri de villa Luporum. Et post paucos dies Rex Fernandus sororem suam ^(s) ex parte, nomine Stephaniam, ei matrimonio copulavit, ex qua suscepit idem Fernandus filium Petrum Fernandi, qui fuit postea magnus, et coram Regibus honoratus.

De victoriis Regis Fernandi, et morte eius.

CAP. XXIII.

Aldefonsus autem Rex Portugalliæ dolens quod Rex Fernandus ædificaverat civitatem, misit exercitum cum filio suo Sancio primogenito contra eam. Sed quia Rex Fernandus à Rege Castellæ infestabatur, diviso exercitu, partem reliquit quæ occurreret Castellanis, partem duxit contra exercitum Portugallis, et occurrit filio Regis Sancio venienti in termino civitatis, in loco qui dicitur Arganale, et conserto prælio, Regi Fernando victoria, Portugallensibus cessit fuga, et multis occisis, multisque fugatis, ceteri Regis clementiæ se dederunt, quos non ut victor evertit, sed ut clemens abire permisit. Rex autem Portugalliæ indignatus, cœpit Gallæciam infestare, et occupavit totam ^(t) Linciam et Turonium et alia multa loca. Deinde congregato exercitu, Badallocium est aggressus, quæ in divisione acquirendorum provenerat Regi Fernando. Cumque super hoc nuncius advenisset, Rex Fernandus, congregato exercitu, bellum intulit Aldefonso, et cum succumberet exercitus Portugallis, Rex eorum confugit ad eam, de qua agitur, civitatem; iam enim fere duas partes occupaverat civitatis, Agarenis in arce conclusis. Sed nec ibi quidem se tutum existimans, dum per portam effugeret civitatis, quæ pessulo ferreo claudabatur, impegit ad pessulum, et crure confracto, vix in equo poterat residere. Unde et illico fuit ca-

(q) Tol. hominio hic et plerumque.

(r) Compl. hic et supra Fernandus.

(s) Compl. ex patre.

(t) Tol. et Al. Linciam.

captus, et Regi Fernando satis miserabilis præsentatus. Quem benigne suscipiens Rex Fernandus, iuxta se in consessu regio collocavit. Sed Rex Portugalliæ gravis discriminis attendens statum, confessus est se Regem Fernandum indebitè offendisse, et pro satisfactione regnum obtulit et personam. Sed Rex Fernandus pietate solita mansuetus, suis contentus, Regi Portugalliæ sua remisit. Tunc restituit Rex Aldefonsus Regi Fernando ^(u) Limiam et Turonium et cetera quæ suæ fuerant ditionis, et dimissus, ad propria est reversus, nec propter læsionem tibie potuit postea militare officium exercere. Rex autem Fernandus cum iterum Badalloeium obsideret, egressi ad eum Agareni ab arce, se ei cum præsidio tradiderunt; quorum hominio et fide susceptis, præfecit eis quemdam Arabem qui Aben-habel dicebatur, cuius fidei commisit custodiam civitatis. Sed Rege ad patriam redeunte, prædictus Arabs, oblitus fidei, continuo rebellavit, et Amiramomenino se tradens, Regem Fernandum postea graviter infestavit. Arabes autem attendentes Regem Aldefonsum debilitate qua diximus, præpeditum, eundem in castro Sanctæ Irenææ, congregata multitudine, obsederunt. Quod audiens Rex Fernandus, in succursum eius celeriter properavit, et eius adventu territus Rex Aldefonsus, timuit ne ad vindicandas iniurias adveniret, sed cognita veritate, egit gratias, ut debebat. Agareni autem Regis Fernandi præsentiam non ferentes, ab obsidione continuo recesserunt. Et Rex Fernandus ad regnum re-

(u) Tol. et Al.
Luniam.

diens, dimisit Urracam uxorem, quia eum consanguinitatis gradu tertio attingebat, et duxit uxorem Tarasiam filiam Comitis Fernandi, quæ fuerat uxor Comitis Nunii de Castella: et ea mortua, duxit Urracam filiam Lupi Comitis Naiaren-sis, ex qua suscepit duos filios, Sancium et Garsiam, quorum uterque expers prolis vitam finivit. Cæterum Rex Fernandus, annis triginta uno in regno feliciter consummatis, obiit Beneventi Æra ^(x) MCCXXVIII, et in Ecclesia beati Iacobi est sepultus iuxta avum suum Comitem Raimundum et Imperatricem Berengariam matrem suam.

De Rege Aldefonso, et eius militia, et filiis.

CAP. XXIII.

Mortuo Rege Fernando, successit ei filius eius Aldefonsus. Hic fuit homo pius, strenuus, et benignus, sed ^(y) susurronum vicissitudine mutabatur, et à consobrino suo Aldefonso Rege Castellæ et Sancio Rege Portugalliæ infestatus ^(z) circa principium regni sui venit ad Regem Castellæ, et in curia Carrionis accinctus ab eo cingulo militari, manum eius fuit in plena curia osculatus, et in eadem curia Rex Castellæ nobilis Aldefonsus Conradum filium Frederici Imperatoris Romani accinxit similiter cingulo militari, et ei filiam suam primogenitam Verengariam desponsavit. Sed ipso Conrado in Teutonium revertente, prædicta domicella desponsationi continuo contradixit, et per Gundisalvum

Æ. 1228.
(x) Tol. et Al.
MCCVIII.

(y) Tol. et Al.
successionum vicissitudine.

(z) Compl. et Al. circa primordia regni sui.

Toletanum Primatem et Gregorium Sancti Angeli diaconum Cardinalem, Apostolicæ Sedis legatum, divortio celebrato, puella Verengaria mansit innupta. Et sic ad tempus quievit terra, pace amabiliter reformata. Sed quia (ut diximus) auriculariorum susurrus ad varia trahebatur, eorum consilio duxit Tarasiam, filiam Sancii Regis Portugalliæ, in uxorem, licet essent consanguinei in secundo gradu; ex qua suscepit Sanciam et Fernandum, qui fuerunt mortui sine prole, et aliam filiam quæ Dulcis dicitur, et adhuc vivit. Et in odium Regis Castellæ fuit hoc ^(a) contubernium procuratum: suggerentibus enim suis vernulis, dolebat se à Rege Castellæ recepisse cingulum militare, et tamen ab illa uxore fuit iudicio Ecclesiæ separatus. Demum inter ipsum et Regem Castellæ guerris et vastationibus perpetratis, duxit uxorem dominam Verengariam Regis Castellæ filiam, de cuius virtutibus post dicemus, et suscepit ex ea filios, Fernandum cui Castellæ et Legionis provenit postea principatus, et Aldefonsum: et duas filias, Constantiam quæ fuit in Burgensi monasterio monialis, et Verengariam quæ nupsit Ioanni de Brena, qui ex parte uxoris quam habuerat, Hierosolymitani regni ad tempus negotia ministravit. Postea vero filiam suam quam ex prædicta Verengaria susceperat, Baldovino Imperatori Constantinopolis desponsavit, et quia idem Baldovinus adhuc puer à Græcorum incursibus non poterat imperium defensare, Sedes Apostolica Ioanni dicto Regi com-

misit Imperium toto tempore vitæ suæ, et sic fuit deinceps Imperator, et uxor eius Verengaria Imperatrix. Quibus defunctis, Baldovinus cum uxore sua Maria in imperii culmine dominantur, et Dominus custodiat eorum statum. Rex autem Aldefonsus et Regina Verengaria, susceptis filiis supra dictis, propter consanguinitatem fuerunt ab Innocentio Papa tertio separati. Et postea inter Reges guerræ et vastationes vix aliquo tempore cessaverunt, Rege tamen Castellæ in omnibus prævalente, et de regno alterius castra et plurima occupante; sed tamen nec sibi, nec filio, sed nepoti Fernando omnia acquirebat.

De actibus Aldefonsi Regis Legionensis.

CAP. XXV.

Verum in senectute positus Rex Legionis, actus suos Domino dedicavit, et Arabibus movit guerram, et obtinuit ab eis Montem angii, Emeritam, Badalloeium, Alcantaram, atque Canceres. Populavit etiam Salvam leonem, Salvam terram, et Sabucalè, et alia plurima loca, per quæ regni terminos ampliavit: et confligit etiam cum ^(b) Auhenhuc, industrio Sarra-ceno, qui nuper expulsis Almohadis, ^(c) Vovandaliaë usurpaverat monarchiam. Sed bello subactus, Aldefonso Regi prope Emeritam dedit terga, et victa Emerita, dedit manus. ^(d) Mortuus est autem in Villanova de Sarria Æra MCCLXVIII, et in Ecclesia beati Iacobi requiescit, et reliquit duas fi-

(a) Al. connubium.

(b) Al. Abenbur.

(c) Tol. Vandalia.

(d) In Tol. deesunt quæ sequuntur usque ad finem capituli.

Æ. 1268.

filias, Sanciam atque Dulcem, quibus etiam successionem regni legavit. Sed quia omnes regni nobiles tam de civibus, quam de aliis, olim filio suo Fernando iuraverant, non potuerunt regnum filiae obtinere. Sed aliquantis discidiis procuratis, et civitatibus et nobilibus in varia studia separatis, nobilis Verengaria Regina Castellæ interposuit ^(e) artes suas, et sic omnes gratiæ sollertia dulcoravit, quod licet Infantes quamplurimos fautores haberent, et munitiones et castra quamplurima in omnibus fere regni finibus possiderent, ad hoc Infantes et matrem eorum Reginam Tarasiam necessitate induxit, ut eius gratiæ se sponderent. Unde paternæ largitatis in omnibus imitatrix, curialitate sua, ut ^(f) Infantibus quoad viverent, magnos redditus fecit à filio assignari, et sic obtinuit pacifice regnum patris Æra MCCLXVIII.

^(e) Tol. et Compl. partes suas.

^(f) Tol. Infantes coadiuverent. Al. legit Infantibus suis quoad viverent. Æ. 1268.

De insignibus nobilis Aldefonsi, et captione Conchæ.

CAP. XXVI.

Nunc ad Aldefonsi ^(g) Regis historiam revertamur. Licet igitur fidelitate suorum regni perdita reparasset, tamen semper fuit à patruo infestatus. Post hæc Rex nobilis Aldefonsus guerram habuit cum avunculo suo Sancio Rege Navarræ, et evicit ab eo Lucronium, Navarretum, et Antilenam, Grannonem, Cæsareum, et Bivescam, et fere omnia usque Burgis, quæ idem avunculus in eius infantia occuparat. Post hæc orta est dissensio inter eum et Regem

^(g) Compl nobilis historiam revertamur.

Aragonum Aldefonsum, et abstulit ei nobile castrum quod ^(h) Feriza nuncupatur, per industriam nobilis viri qui Nunio Sancii dicebatur, qui cepit castrum, et dedit illud nobili Regi Aldefonso. Post hæc autem virtute Altissimi roboratus, convertit manus ad infideles, ut bella fidei exerceret. In manu robusta vastavit eos, et in cordis magnificentia coegit eos: succendit ignibus civitates, et succidit viridaria deliciarum: replevit terram timore suo, conclusit Arabes adventu suo, destruxit munitiones insidiantium, et fidei terminos dilatavit: obsedit Concham, munimentum Arabum, et laboribus pluribus arctavit eos: extruxit in gyro plures machinas, nec die, nec nocte pepercit eis, et cibus et victus defecit ei, sed cor regium confortavit eum: neglexit delicias seducentes, et zelatus est nomen gloriæ: longanimitas sua glorificavit eum, et regalis constantia direxit eum, donec concluderet obsessos in arcto, et ⁽ⁱ⁾ hostis clementiam implorarent. Miserunt legatos ad Almohades, verba doloris ad gentem Arabiæ. Induratus auditor conclusit aures, et suum auxilium denegavit: timor belli confudit eum, et odor belli terruit eum: fama Regis conclusit mare, et nomen eius compescuit transeuntes, donec reddita est ei munio Conchæ, et turre eius subditæ ei; rupes eius factæ sunt perviæ, et aspera eius in planities. Possedit ^(j) eam post labores multos, et extruxit eam in urbem regiam: posuit in ea cathedram fidei, et nomen præsulis exaltavit in ea: congregavit ibi diversos

^(h) Al. Ferrica.

⁽ⁱ⁾ Al. hostes.

^(j) Tol. et Al. etiam.

po-

populos, et univit in populum magnitudinis: statuit in ea præsidium fortitudinis, et ^(k) Regiam decoris honestavit in ea: dedit ei aldeas subiectionis, et pascuis ubertatis deliciavit eam: ampliavit in alto muros eius, et vallavit eam munimine tuto: crevit in urbem multitudinis, et dilatata est in terminos populorum. Miratur eam antiquus incola, et in aspectu eius formidat Arabs: munitio eius in rupibus eius, et abundantia eius in decursibus fluviorum: gloria eius in Principe suo, et sanctimonia eius in cathedra dignitatis: deliciae eius in pascuis gregum, et copia eius in pane et vino. Recole Concha dies Principis, et in memoria eius exhilara faciem: nomen eius in laudibus tuis, et gloria eius memoriale tuum: addidit protectionem terminis tuis, et dilatavit iurisdictionem cathedræ tuæ.

Item de magnalibus et piis operibus nobilis Aldefonsi.

CAP. XXVII.

Cepit Alarconem in rupibus sempiternis, et firmavit seras defensionis: aldeis multis dotavit illud, ut abundaret in eo incola fidei: constituit fortes in munimine, ut esset Arabibus via necis: deserta ^(l) Optæ replevit gentibus, et in via tutatus est habitatores: Alcarias rupium domuit populis, et duritiam ilicis convertit in vias. In ^(m) Uclesio statuit caput ordinis, et opus eorum ensis defensionis: persecutor Arabum moratur ibi, et incola eius defensor fidei: vox laudantium auditur ibi, et iubilus de-

siderii hilarescit ibi: rubet ensis sanguine Arabum, et ardet fides caritate mentium: execratio est cultori dæmonum, et vita honoris credentium in Deum. Ripam Tagi replevit habitatoribus, et incolis defensionis saltus Ocaniæ: obtulit Excelso terram illam, et militiæ Sancti Iacobi dedicavit eam: rupes Aureliæ univit ei, et præsidium Moræ subiecit illi, ut dedicaret terram sanctimoniæ, et particeps fieret religionis. Desiderabilis Sancius pater eius dedit Fiterio Calatravam, Aldefonsus nobilis consummator eorum: suscepit militiam ⁽ⁿ⁾ contemplatio, et egressus fratrum à Fiterio. Rex Aldefonsus educavit eos, et possessionibus pluribus ditavit eos: Zuritam, et Almochariam, Maquedam, Acecham, et Cuculutum obtulit eis, et sustulit sarcinam paupertatis, et superaddidit divitias competentes: multiplicatio eorum ^(o) corona Principis: qui laudabant in psalmis, accincti sunt ense, et qui gemebant orantes ad defensionem patriæ, victus tenuis pastus eorum, et asperitas lanæ tegumentum eorum: disciplina assidua probat eos, et cultus silentii comitatur eos: frequens genuflexio humiliat eos, et nocturna vigilia macerat eos: devota oratio erudit illos, et continuus labor exercet eos. Alter alterius observat semitas, et frater fratrem ad disciplinam.

De populatione Placentiæ, et exercitu Martini Primatis.

CAP. XXVIII.

Convertit manum ad novitatem
Y ope-

(k) Al. regio decore honestavit eam.

(n) Al. contemplando, et egressus fratrum à Fiterio Rex Aldefonsus.

(o) Compl. et Al. gloria Regis, et disciplina eorum corona Principis: qui laudabant.

(l) Tol. et Al. apte replevit.

(m) Al. Uclesio.

operum, et ædificavit de novo civitatem gloriæ: statuit in ea præsidium patriæ, et nomen eius vocavit Placentiam: convocavit populos in urbem novam, et exaltavit ibi tiaram Pontificis: sacerdotio legis ^(p) ornavit eam, et dilatavit terminos ensis sui. Toletanam urbem vallavit castris, et territorium eius replevit populis: in ^(q) diœcesi eius extruxit oppida, et religionem fidei locavit in eis: magnificentiæ suæ addidit opus, et ædificavit Alarcuris vallem sanguinis: iudicia Dei abyssus multa, et ignota filiis hominum: iudicium Dei super opera eius, et sententia cœli in agmen illius: commovit arma in Regem Africæ, et provocavit cito gentem Arabiæ: populus eius instauravit acies, et arma potentiæ direxit in Mauros: exercitus eius transivit Bætiam, et dux eius præsul Toleti. Magnates regni in consiliis præsulis, et exercitus omnis sub præsule dignitatis: nomen eius Martinus Magnus, et genus eius à Pisorica: honor gentis vita eius, et stola eius diadema Ecclesiæ: sapientia eius pax multorum, et lingua eius informatio disciplinæ: manus eius ad subsidium pauperum, et cor eius ad compassionem humilium: cingulum eius zelus fidei, et arma eius ad persecutionem blasphemiarum. Agmen omne ad nutum illius, sanguis Arabum in conspectu illius. Regio Bætica flammis succenditur, et factum præsulis prosperatur. Processit enim per castra Bæticiæ, terras et oppida succendendo; feliciter autem ad propria est reversus.

(p) Al. ordinavit eam. Tol. ornavit tiaram.

(q) Compl. hic et sæpius diœcesi.

De bello Alarcuris.

CAP. XXIX.

Subsannavit ^(r) eum blasphemia Africæ, et incanduit ira Arabum. Ioseph Mazemutus regnabat in Africa, et genus Almohadum caput gentis. Surrexit Princeps in multitudine magna, et variis vocibus replevit campestria: Parthus, Arabs, Afer, Ætiops, Almohat, et de claris montibus ^(s) exercitus eius, et ^(t) Vandalus Bæticiæ ad nutum illius: transivit Tyrrhenum in stricto Hispalis, et undas maris calcavit trieribus. Exercitus eius innumerabilis, multitudo illius ut arena maris. Applicatio eius ad Hispalensem metropolim, et processus illius ad campestria Cordubæ: firmavit vultum versus Alarcuris, et faciem indignationis ad regnum Toleti: plana Tolosæ nudavit pascuis, et scopulorum semitas ampliavit unguis: transivit montis supercilia, et in multitudine nimia siccavit rivos: fama volatilis perfudit sæcula, et celer rumor pulsavit Hispaniam: in auditu nunciū lætati sunt multi, et adventus hostium provocavit plurimos: ignorat homo viam Altissimi, et filii Adæ consilia Celsi. Cumque congressi fuissent exercitus, succubuit exercitus christianus, et nobilis Rex à suis violenter eductus à bello, suorum industria est salvatus; licet ipse mori potius eligeret, quam salvari: obtinuit etiam Agarenus ^(u) post proelium quædam castra. Hoc est bellum Alarcuris, quod fuit Æra MCCXXXIII, quindecimo calendis Augusti, sedente Cælestino Papa tertio.

(r) Compl. ei.

(s) Tol. et Compl. in exercitu eius.
(t) Compl. Vandalus. Tol. Vandalus.

(u) Al. post victoriam.

Æ. 1233.

De

*De discidio Regum Legionensis
et Navarra à Rege Aldefonso
nobili.*

CAP. XXX.

Cum autem Aldefonsus Rex Legionis, et Sancius Rex Navarra venire ^(x) in auxilium ad bellum Alarcuris simulassent, et iam ad regni Castellæ confinia pervenis-
sent, audito quod in prædicto bello non bene successerat, à proposito destiterunt, et Rex Navarra qui iam ad regnum Castellæ pervenerat, retrocessit. Rex Legionis pervenit Toletum, ubi paucis diebus cum Rege nobili commoratus, ad terram rediit Legionis, et post modicum temporis intervallum ambo regnum Castellæ hostiliter invaserunt. Sed Rex Legionis Arabibus foedere sociatus, multis ex eis secum adscitis, regnum Castellæ per campos Gothicos est ingressus, diruens, diripiens, et devastans; et Rex Navarra ex alia parte devastans Soriam et Almazanum, cædes et incendia exercebat. ^(y) Ex alia parte contra Toletum Rex Almohadum, dictus Iucef, anno secundo obsedit Toletum, deinde ^(z) Maiëritum, et Alcalam, Optam, et Concham, et Uclesium, et deinde per Alcaratium est reversus, vastatis omnibus et destructis quæ extra murorum ambitum sunt inventa. Rex autem nobilis Aldefonsus foederato sibi fideli amico Petro Rege qui in Aragonia tunc regnabat, terram ingressus est Legionis, et obtinuit plura castra, scilicet ^(a) Bollandanos, Vallem Arearum, Castrum viride, Coiancam (quæ mutato no-

mine Valentia nuncupatur) Carpium, et Paradinas. Et plurimis prædis actis, et cædibus perpetratis, effugatis etiam Agarenis quos Rex Legionis secum duxerat, ambo ad propria redierunt. Tertio autem anno Rex Almohadum de quo diximus, iterum veniens, obsedit Toletum, Maquedam, et ^(b) Talaveram, sed nullam earum potuit obtinere; evertit tamen Sanctam Eulalam, et alia loca quæ munitione carebant: et inde procedens, cepit Placentiam, Sanctam crucem, Montem angii, et Turgellum; et inde cum fastu et superbia ad propria est reversus. Tunc temporis Rex Castellæ et Rex Aragonum iuxta Abulam in monte ^(c) Palumbaria morabantur. Reverso autem Agareno ad propria, ex monte ^(d) Palumbaria ambo Reges contra Regem Legionis pariter processerunt, et obtinuerunt castrum Legionis, et Ardon, et castrum Gundisalvi, et castrum terræ, et Albam de aliste, et usque ad Astoricam cuncta cædibus et incendio vastaverunt; et inde per partes Alvæ et Salmanticæ venientes, omnia exterminio consumpserunt, et Montem regalem, castrum nobile, occuparunt: inde ad propria remearunt. Sed Rex nobilis Aldefonsus dignum iudicans furori cedere venienti, ad tempus cum Rege Arabum fecit treguam, ut posset tutius vicinis Regibus obviare:

*Quod Rex Aldefonsus nobilis
dedit filiam suam in uxorem
Regi Legionensi.*

CAP. XXXI.

Cumque proponeret Regem Le-

(x) Compl. in eius auxilium.

(b) Tol. Talavoram.

(c) Al. qui Palubacio dicitur.

(d) Al. Palumbario.

(y) Tol. et Al. Ex illa parte.

(z) Compl. Maëgeritum.

(a) Compl. et Al. Bollandanos. Al. Ballanios.

gionis truciori dispendio infestare, quidam guerræ periculum pavescens, familiari consilio procurarunt, ut Rex Legionensis peteret à Rege Castellæ filiam suam Berengariam in uxorem. Et licet Rex nobilis hoc respueret, eo quod ipse et Rex Legionensis consanguinitatis linea essent vincti, Alienor Regina uxor nobilis Aldefonsi, cum esset prudentissima, sagaci providentia et sollerter rerum pericula attendebat, quibus per coniunctionem huiusmodi poterat^(e) obviari; et Regi Legionis vallem Oleti cum suis magnatibus venienti dedit prædictam filiam in uxorem, et propter nuptias datis donationibus quæ tantæ dominæ competebant, et nuptiis sollempniter celebratis, traduxit eam in regnum suum. Rex autem Castellæ nobilis Aldefonsus omnia quæ abstulerat, nunc genero, olim hosti, dedit filiae suæ nuptæ. Et sic pace quasi cum filio reformata, à vastationibus quieverunt.

(e) Tol. et Al. obviare.

(f) Al. Guipuscua.

De captione Victoriae, (f) Guipuscua, et Ibidæ.

CAP. XXXII.

(g) Compl. h. ec.

Post^(g) hoc Rex nobilis Aldefonsus volens Regis Navarrae iniurias vindicare, cum Rege Aragonum fidei amico congregavit exercitum in Navarram, et obtinuerunt Ruchoniam et^(h) Aivare, quæ Regi Aragonum provenerunt. Obtinuerunt etiam Inzuram et Mirandam, quæ Regi nobili remanserunt. Et sic uterque Regum, patris variis vastationibus, ad propria est reversus. Iterum autem Rex Castellæ

(h) Al. Abivare.

læ nobilis Aldefonsus cœpit Ibdam et Alavam infestare, et obsidione diutina Victoriam impugnavit. Interim autem Sancius Rex Navarrae, fortis viribus, armis strenuus, sed voluntate propria obstinatus, regno discrimini derelicto, cum paucis magnatibus migrationis comitibus ad Arabes transmigravit, et eis aliquandiu commorans, nuncios quos ad⁽ⁱ⁾ Miramomeninum trans Tyrrenum transmiserat, expectavit. Quibus pecunias et donaria reducentibus, Rex nihilominus deductionis causa peragrans Arabum civitates, et in eorum patria morabatur. Interim autem obsessi Victoriae pugnæ et laboribus fatigati, et defectu victualium macerati, in deditiois periculum inciderunt. Sed venerabilis Garsias Pampilonensis Episcopus,^(j) liberalitatis studio gratiosus, cum famis periculum comperisset, ad Regem Sancium in terram Arabum cum obsessorum aliquo festinavit, qui, rei exposita veritate, à Rege obtinuit, ut Regi Castellæ Victoria^(k) traderetur. Qui rediens tempore constituto cum eo milite^(l) quem obsessi Victoriae destinarent, Regis Sancii mandatum exposuit, ut Regi Castellæ Victoria redderetur. Obtinuit itaque Rex nobilis Aldefonsus Victoriam, Ibdam, Alavam, et Guipuscua, et earum terrarum munitiones et castra, præter Trevennum quod fuit postea commutatione^(m) Inzuræ datum sibi. Mirandam etiam dedit commutatione simili pro Portella. Sanctum Sebastianum,⁽ⁿ⁾ Fontem Rapidum,^(o) Beloagam,^(p) Zeguitagui, Aircorroz, Asluceam, Arzorociam, Victoriam veterem, Ma-

(i) Compl. Amiramomeninum.

(j) Tol. et Al. libertatis studio.

(k) Al. reddetur.

(l) Tol. et Al. quoniam obsessi.

(m) Tol. Incurre.

(n) Tol. Fontem rapitum.

(o) Tol. non habet Beloagam.

(p) Compl. Zeguitagum, Ayzcorroz, Ayzluzeam, Ayzoroziam, Victoriam veterem. Al. Zeguitati, Asluciam, Aicorroziam, Victoriam veterem, Muraimonem.

Ma-

(q) Compl. Athugum. Maranionem, Aussam, (q) Athavit, Iruritam, et Sanctum Vincentium acquisivit. Verum Rex Navarra rediit onustus muneribus Agareni, sed exoneratus prædictis omnibus et honore.

(r) Tol. et Al. Castellæ. *De discidio Didaci Lupi, et obsidione (r) Stelle, et ædificatione monasterii regalis.*

CAP. XXXIII.

His igitur consummatis, Didacus Lupi, Biscagiæ dominus, qui inter omnes magnates Hispaniæ præcipuus habebatur, à voluntate Regis nobilis familiari discidio discordavit. Unde feuda quæ tenebat, restituens, ad Regem se transtulit Navarrorum; indeque bellis et incursionibus frequenter insistens, damna plurima intulit Castellanis. Sed Rex nobilis Aldefonsus iniuriarum impatiens, adscito sibi genero suo Rege Legionis, fines ingressus est Navarrorum. Cumque Stellam nobilissimum (s) oppidum obsedissent, Didacus Lupi ex Biscagia, qui erat in oppido cum multis nobilibus Castellanis impugnantibus, (t) restitit violenter, et inter obices vinearum intercesserunt cædes et pericula proeliorum. Sed quia oppidum sui munitione vires impugnantium minorabat, nec spes victoriæ animos protrahebat, Reges ab obsidione oppidi recesserunt, et vastatione in circuitu damnosa incolis consummata, Reges ad propria redierunt. Postea autem inter Regem Castellæ et Regem Navarra et Regem Legionis tregua per intervallum temporis interve-

nit. Rex enim nobilis Aldefonsus bellum de Alarcuris corde altissimo reponebat. Sed ut Altissimo complaceret, prope Burgis ad instantiam serenissimæ uxoris suæ Alienor Reginæ monasterium dominarum Cisterciensis ordinis ædificavit, et nobilissimis fabricis exaltavit, et multis redivitibus et possessionibus variis sic dotavit, ut virgines sanctæ, Deo dicatæ, quæ ibi die ac nocte laudabiliter Deo psallunt, nec inopiam sentiant nec defectum, sed structuris, claustro, et Ecclesia, et ceteris ædificiis (u) regaliter consummatis, expertes sollicitudinis, in contemplatione et laudibus iugiter delectentur.

De constructione hospitalis, et institutione scholarum, et acquisitione Vasconiæ.

CAP. XXXIII.

Construxit etiam hospitale iuxta monasterium ædificiis et domibus mirabiliter decoratum, quod tantis divitiis dilatavit, ut omnibus peregrinis, nullo patiente repulsam, omnibus horis diei necessaria ministrentur, et omnibus volentibus pernoctare lecti mirabilis apparatus continue præparentur. Infirmis autem usque ad mortem, vel restitutionem pristinae sanitatis, per manus mulierum misericordium et virorum omnia necessaria erogantur, adeo ut opera pietatis in eodem hospitali quasi in speculo possit quilibet contemplari, et qui in vita propter excellentiam operum ab omnibus meruit collaudari, post mortem, multiplicatis intercessoribus, merebitur à Do-

(s) Compl. et Al. oppidum Navarrorum virtute maxima obsedissent.

(t) Tol. resistit.

(u) Tol. et Al. regulariter.

(x) Tol. et Al. fasciis.

(y) Al. collocavit.

(z) Al. etiam Moiam populavit.

Domino coronari. Sed ne^(x) fascis charismatum quæ in eum à Sancto Spiritu confluerunt, virtute aliqua fraudaretur, sapientes à Gallis et Italia^(y) convocavit, ut sapientiæ disciplina à regno suo nunquam abesset, et magistros omnium facultatum Palentiæ congregavit, quibus et magna stipendia est largitus, ut omni studium cupienti quasi manna in os aliquando influeret sapientia cuiuslibet facultatis. Et licet hoc fuit studium interruptum, tamen per Dei gratiam adhuc durat. Et postquam fere totam Vasconiam, præter Burdegalam, Regulam, et Vaionam, suæ subdiderat ditioni, finito termino treguarum quas cum Amiramomenino ad tempus inierat, postquam^(z) et Moiam populaverat, idem Rex nobilis pro fide Christi mori desiderans, præteritum dedecus, licet prudenter, non tamen æquanimiter tolerabat. Et quia semper magnalibus inhiabat, noluit treguam ulterius protelari, sed strenuitatis proposito, et zelo fidei animatus, in nomine Domini movit guerram.

De captione Salvæ terræ.

CAP. XXXV.

(a) Compl. et Al. Prænuntiis autem incipientibus.

(b) Al. Post vastationes autem aliquas factas.

(c) Al. Giemi.

Quare nunciis incipientibus, inchoata est pugna inter Regemobilem et Agarenos. ^(b) Post vastationem autem aliquam factam à nostris in terra Beatæ, Endugari, et ^(c) Giennii, filius prædicti Regis Agarenorum, Mahomat nomine, collecto gentium suarum exercitu, castrametatus est in circuitu Salvæ terræ. Cumque eam

fere tribus mensibus obsedisset, diversisque machinis impugnasset, multis de iis qui erant in castro, occisis, plerisque vulneratis, turribus et muro fere dirutis, de obsessis pluribus siti et impugnationibus interemptis, ad ultimum castrum occupatum est in opprobrium fidei christianæ, Æra MCCXL^(d)VIII, mense Septem-

Æ. 1248.

(d) Tol. et Compl. IX.

De condicto bello, et morte Infantis Fernandi.

CAP. XXXVI.

Agareus autem adeptus præsidium Salvæ terræ, cum magna superbia ad propria est reversus. Aldefonsus vero Rex nobilis, habito cum Archiepiscopo, Episcopis, et magnatibus consilio diligenti, ore eius, universis acclamantibus, est prolatum, melius esse in bello volun-

luntatem cœli sub discrimine experiri, quam videre mala patriæ et Sanctorum. Fecitque edictum per omnes provincias regni sui, ut milites et pedites, relictis superfluis vestium et aurificii et ornatus cuiuslibet, quæ ad rem non pertinent, armis utilibus se munirent, et qui prius in superfluis displicebant, nunc in necessariis et utilibus Altissimo complacerent. Omnes autem à minimo usque ad maximum voluntati regiæ paruerunt, ad hæc omnia dulcissimo Fernando filio primogenito nobilis Aldefonsi competentem suæ modestiæ operam impendente, qui eodem tempore febris correptus, finivit vitam, antequam belli terminus advenisset. In cuius morte fletus patriæ, luctus inconsolabilis genitori, quia in ipsum tamquam in vitæ speculum contemplabatur; erat enim spectatio populorum. Sic enim eum Dominus honestaverat, ut etiam ab omnibus amaretur, et quod ætas in adolescentibus non permittit, iam in ipso gratia dispensabat. Obiit itaque in oppido ^(e) Magerito in diocesi Toletana, mense Octobri, Æra

(e) Al. ut supra *Madrato*.

Æ. 1249.

(f) Compl. *Coepiscopis*.

MCCXLIX, vacuus dierum, plenus gratia et virtute. Sepultus est in monasterio Sanctæ Mariæ Regalis prope Burgis à Roderico Toletano Pontifice, et multis ^(f) Epi-

scopis, et magnatibus sæcularibus et religiosis, excellentissima sorore sua Berengaria Regina ad quam postea regnum Castellæ successione provenit, impendente liberaliter et decenter officia funeris et honoris et gemitus doloris: ubi virtutum eius sic plenitudo claruit, ut eius prudentia devoti sexus excederet pietatem, et elemosynarum largitio Principum largitates. ^(g) Etiam pudica modestia inconsolabili luctui solatia procurabatur, ut exinde famæ eius dulcorata suavitas in augmentum cresceret et dulcorem. Religionum et pauperum, et quorum titulos pauperies incrustabat, toto tempore vitæ suæ subventrix extitit et levatrix, præter opera magnifica quæ, regnante suo filio, mirifice claruerunt. Verum nobilis pater consolationem de morte filii nisi in magnalibus non admittens, collecto suorum exercitu, per ripam fluvii qui Sucaris dicitur, terram aggreditur Sarraceni, et obsedit castrum quod dicitur Alcala, et cepit illud, et ^(b) Surcariam, et Garadem, et Cubas, in quibus multi Agarenorum capti, multa etiam spolia sunt inventa; quibus occupatis, et munitis utiliter, feliciter ad propria est reversus, urgente instantia hiemali.

(g) Compl. *Cu-rialitatis etiam pudica*.

(b) Tol. *Surcatiam*.

LIBER OCTAVUS.

(i) Tol. Regum.

De adventu Regum ad urbem (i) regiam.

CAP. I.

(j) Tol. Factum est autem eo tempore. Compl. Factum est autem, anno vertente, eo tempore.

(k) Al. cunctis.
(l) Al. portatis.

(m) Compl. et Al. concursus.

(n) Tol. et Al. adversis partibus.

(o) Al. multitudo.

(j) **V**ertente autem anno, eo tempore quo solent Reges ad bella procedere, ab Aldefonso nobili (k) citatis gentibus, congregatis armis, victualibus (l) comportatis, necnon et omnium cordibus ad bellum erectis, factus est (m) concursus omnium apud Toletum, quæ sola potuit sui opulentia omnium necessitatibus non deesse. Interim, Roderico eiusdem urbis Pontifice et ceteris nunciis propter opus simile destinatis, (n) à diversis partibus redierunt. Et cœpit urbs regia repleri populis, abundare necessariis, insigniri armis, diversificari linguis, variari cultibus. Nam zelo belli ex omnibus fere Europæ partibus ad eam diversarum nationum varietas concurrebat. Nec erat qui posset alicuius rei causari defectum, cum et ipsa civitas sui abundantia occurreret, et prodiga manus nobilis Principis omnibus ad omnia necessaria ministraret. Concursus autem venientium à mense Februario particularis incepit, et multiplicationis paulatim incrementa suscipiens, per totum vernum tempus et amplius crevit turbarum (o) multitudo copiosa. Et quia diversarum nationum varietas diversitate morum, linguarum, et cultuum discrepabant, de voluntate Principis in eadem urbe eiusdem

urbis Pontifex morabatur, ut dissidentium varietas per eius industriam sedaretur. Et sic factum est per omnipotentis Dei gratiam, qui solo nutu omnia disponebat, ut nulla seditio, nulla perturbatio exorta fuerit, quæ potuerit belli negotium impedire; licet per hostem humani generis fuerit sæpius attentatum. Et quia de die in diem crescebat numerus stigmata Domini in corpore suo portantium, ne intra urbis angustias arctarentur, Rex nobilis volens eorum commodis providere, extra urbem circa fluenta Tagi deliciosa viridaria, quæ ob regiæ gravitatis recreandam maiestatem coalita fuerant, eis exposuit, ut sub umbraculis arborum æstus iniurias evitent; ibique ex fructiferis arboribus constructis tabernaculis, usque in diem processus ad bellum in Regis sumptibus permanserunt. Octavo itaque die post festum quo Christiana religio Pentecostem celebrat, Petrus Rex Aragonum, nobilis Aldefonsi fidelis amicus, secundum foedus apud Concham initum, dietis plus fastu regio festinatis, die præfixa venit Toletum, ubi à Pontifice et toto clero processionaliter est receptus; ibique in viridario (p) regio fixis tentoriis, gentis suæ præstolabatur adventum.

(p) Al. Regis.

De

De adventu ultramontanorum ad bellum.

CAP. II.

Cœperunt etiam venire magnates de partibus Galliarum, Burdegalensis, ^(q) et Nanatensis Episcopus, multique Barones de eisdem partibus, et Italia. Convenerunt et simplices milites, necnon et de pedestri ordine plurima multitudo. Advenit etiam venerabilis Arnaldus, qui aliquando ^(r) sollicitudine Cistercii functus, tunc regebat Ecclesiam Narbonensem. Hic paulo ante, æmulatione legis catholicæ provocatus, contra quosdam qui in Narbonensi et vicinis provinciis blasphemare nomen Domini et Ecclesiam ore nefario præsumpserunt, corda fidelium excitavit, ut signo crucis contra hæreticorum versutias armarentur. Et sic factum est per Dei gratiam, quod ubi contempta prædicatio non profecit, falce crucis putatis hæresibus, fides catholica de die in diem feliciter ^(s) coalescit; et destructis ^(t) Biteriis, et Carcassona, blasphemantium ^(u) sanguis ultrici gladio et flamma est consumptus Æra MCCXLVI. Hic itaque Pontifex cum multitudine citerioris Galliæ vasis belligeris, signis, et armis honesta, urbem ingressus est Toletanam, in qua decenter à nobili Rege et eiusdem urbis præsule est receptus. Convenerunt etiam ad eandem urbem plerique milites de partibus Portugallis, peditum vero copiosa multitudo, qui mira agilitate expeditionis onera facile sustinebant, et ^(x) audaci impetu impetebant.

De concursu Pontificum et magnatum Hispaniæ ad congressum.

CAP. III.

Ad hæc magnates Regis Aragonum, strenuitate incliti, apparatu insignes, armis et equis honesti, Toletum ad exercitum pervenerunt, inter quos fuerunt Garsias Romerii, Eximinus Cornelii, Michael de Lusitania, ^(y) Aznarius Pardi, Guillelmus de Cervaria, Comes Empurensis, Raimundus Fulconis, Guillelmus de Cardona, et multi alii Principes, et Barones, et simplices milites, necnon ballistariorum et peditum copia gratiosa. Aderat in urbe regia cum nobili Rege magnatum suorum generosa societas, nobilitate, strenuitate, et multitudine approbanda, quos sic et morum elegantia, et curialitatis prærogativa, et strenuitatis supereminetia venustaverat, ut et in oculis hostium non solum terribiles, verum digni honoribus apparerent. Civitatum vero et oppidorum concilia sic copiosis phalangibus, et equis, et armis, et vehiculis, et victualibus, et omnibus ad bellum necessariis præmunita venerunt, ^(z) ut non esset inter eos qui aliquo indigeret, immo sua aliis liberaliter communicarent. Quamvis vero in oppidis et civitatibus sub uno degant Principis regimine, tamen à suæ principio gentis, et armorum ^(a) usum, et militaris dignitatis insignia habuerunt, et militare nomen sortiti sunt ab antiquo. Multa etiam contra Sarracenos et contra Christianos ipsi et eorum parentes decenter exer-

(q) Al. *Archiepiscopus, et Nanatensis.* Al. habet *Narniensis.*

(r) Al. *aliquandiu sollicitudine Cisterciensi functus.* Compl. et Al. pro *Cisterciensi* legunt *Sistertii.*

(s) Al. *convalescit.*

(t) Al. *Biturvis.* Compl. *Biterris.*

(u) Tol. et Al. *sanguine et vorace flamma, et ultrici gladio est consumptus.*

Æ. 1246.

(x) Al. *audaci temeritate et impetu.*

(y) Tol. *Aznarius Pardi.*

(z) Al. *ut non essent inter eos, qui aliquo indigerent.*

(a) Tol. et Al. *etiam et militaris.*

cuerunt. Fuerunt etiam ibi Pontifices qui se et sua, prout Deus dedit, in sumptibus et laboribus devote pro fidei negotio impendunt, in sollicitudinibus vigiles, in officiis devoti, in consiliis providi, in necessitatibus largi, in exhortationibus seduli, in periculis strenui, in laboribus patientes. De regno Castellæ Rodericus Archiepiscopus Toletanus, Tellius Palentinus Episcopus, Rodericus Segontinensis, Menendus Oxomensis, Petrus Abulensis. De regno Aragonum Garsias Tyrasonensis, Berengarius Barcinonensis electus. De sæculari vero militia regni Castellæ Didacus Lupi de Pharo, Comes Fernandus de Lara, Comes Alvarus, et Comes Gundisalvus frater eius, Lupus Didaci de Pharo, Rodericus Didaci de ^(b) Camberis, Gunsalvus Roderici, et ^(c) frater eius, et multi alii nobiles, et magni, et strenui, quorum nomina longum esset enumerare. Fuerunt etiam fratres Calatravæ sub uno militiæ suæ magistro Roderico Didaci (grata Deo et hominibus fraterna societas): fratres militiæ templi sub uno magistro Gomitio Ramiri, qui post bellum feliciter expiravit. Hi sunt qui primi in novo testamento, signo crucis suscepto, superbiæ militaris fastum, strenuitate servata, caritatis et religionis vinculo arctaverunt. Fratres etiam militiæ hospitalis, qui fraternitatis caritati insistentes devote, zelo fidei et Terræ sanctæ necessitate accensi, defensionis gladium assumpserunt. Hi sub uno priore Guterrio Ermegildi. Fratres etiam militiæ Sancti Iacobi sub uno magistro Petro

(b) Al. de Carvione.

(c) Al. fratres eius.

^(d) Ariæ. Hi in partibus Hispaniæ multa opera militiæ decenter egerunt. Multi etiam christianæ religionis diversorum votorum et professionum, zelo et compassione ^(e) moti, insigniti signaculo ^(f) sanctæ crucis, inibi convenerunt.

(d) Tol. et Compl. *Avæ.*

(e) Compl. et Tol. *moniti.*

(f) Al. *sancto crucis.*

De prærogativa virtutum et largitatis nobilis Aldefonsi.

CAP. III.

Licet ^(g) autem tam diversa, tam varia, tam extranea multitudo non esset facilis ad regendum etiam patienti, nobilis tamen Rex magnanimitate sua omnia pacifice ^(h) regebat, omnia æquanimiter et ⁽ⁱ⁾ tranquille tolerabat, ita ut tædium in virtutem mutaret, cum vultu hilari tædium superaret. Irreverenter prolata reverenti responso in reverentiam convertebat, ambitionis loquacem tristitiam larga manu in lætam facundiam commutabat, curiali applausu fastibus militaribus occurrebat, regalium morum gravitate servata. Id in ipso operabatur benignitas, ut præexcellencia videretur æqualitas: sapientia gravitate conspersa sic omnia ^(j) muniebat, ut his fieret eius curialitas in suspirium, et strenuitas in exemplum, ita quod de eo dici posset: Hic virtutis habet plus, quam possedimus omnes. Adolescentes, iuvenes, et quos virilis ætatis robur perfuderat, senes, et decrepiti, quid laudare, quid appetere si facultas suppeteret, quid mirari, quid diligere repererunt: eius industriam in agendis stupore attoniti mirabantur, quem doni et dati perfectio sic perfecit,

(g) Al. *enim.*

(h) In Compl. *deest regebat.*

(i) Al. *omnia tranquille tolerabat.*

(j) Tol. et Compl. *miniat.*

ut

ut gratiæ et naturæ charismatibus abundaret, adeo ut mundi circulus fateatur Aldefonsum nobilem Hispaniæ se debere. Iuvenes, et adolescentes, ^(k) quos avorum nobilitas præsentabat, præficiebat titulo militari, ut quos nondum propriæ virtutis extulerat gloria, et creantis manus et parentum magnalia magnalibus obligarent. Hos sic equorum tuta firmabat magnanimitate, armorum copiosa securitate, vestium speciosa varietate, ut in ipso invenirent et dominum quem diligerent, et munificum quem laudarent. Et quamvis diversus esset ritus alienigenarum, et in moribus ab indigenis dissiderent, quia mores omnes virtus magistra diiudicat, potuit omnibus satisfacere, qui virtutes omnium in se potuit conservare, et quasi non unius patriæ incola, sic mores omnium in se scivit assumere, ut nulli videretur à suis moribus dissidere. De largitate autem eius, quis loqui præsumeret? Cum id in ipso modicum fuerit, quod in aliis vix poterat reperiri. Sic enim ab infantia largitatem servavit, ut oblivisci non potuerit quod de matris utero secum traxit. Sic omnia largitatis suæ privilegio confirmavit, ut ore omnium promulgata sententia, omnibus munificis silentio imposito, prærogativam munificentiae sententialiter obtineret. Et licet magnis magnifice distribueret, manum à minoribus non retraxit. Cum enim essent ultramontani plusquam decem millia equitum, et centum millia peditum, ^(l) unicuique militi dabantur omni die viginti solidi usuales, pediti vero quinque solidi: mulieres,

parvuli, debiles, et ceteri ad bellum inepti non erant ab hac gratia alieni. Hæc erant quæ in communi et publice donabantur, præter donaria privata, quæ sui quantitate hunc numerum excedebant, quæ magnatibus non diurna distributione, sed potiori summa per nobilis Regis nuncios mittebantur. His muneribus cumulabatur equorum ^(m) numerosa generositas, parvulorum iucunda varietas, quæ omnia tenacitatis curva severitas vultu propitio non poterat intueri. His autem omnibus si iungantur Regibus oblata donaria, suis distributa stipendia, plus modus dantis et hilaritas meruit, quam his omnibus emi ⁽ⁿ⁾ posset. Et ad hæc omnia, ne gens alienigena expeditionis omnibus indigeret, omnibus tentoria et eorum vehicula est largitus. Addidit etiam gratiam gratiæ, et cibariorum vehicula cum ceteris necessariis sexaginta millia summas et ultra cum summariis erogavit.

De processu ad bellum, et captione Malachonis.

CAP. V.

^(o) Satisfacto itaque omnibus per omnia, duodecimo calendas Iulii exercitus Domini ab urbe regia est profectus: ultramontani per se, dato eis pro duce Didaco Lupi de Pharo: Petrus strenuus Rex Aragonum cum suis: ^(p) Aldefonsus nobilis cum suis. Et licet separatim procederent, modicum tamen spatium exercitus dividebat. Primo die castrametati sunt iuxta alveum ^(q) Guadararaz: secundo iuxta Gua-

^(m) Al. innumerosa generositas.

⁽ⁿ⁾ Compl. possit.

^(o) Tol. in ora patefacto.

^(p) In Tol. MS. deest Aldefonsus nobilis cum suis.

^(q) Compl. Guadararaz. Al. Gradazaram. Al. Guadararaz.

^(k) Tol. et Al. quorum.

^(l) Tol. non habet unicuique militi.

^(l) Tol. non habet unicuique militi.

dacelet : tertio iuxta Algodor. Ultramontani vero iuxta Daralferciam castra fixerunt. Et inde procedentes, obsederunt præsidium Malachonis, et signum in bonum divina gratia faciente, licet qui erant in arce satis viriliter se defenderent, instantia tamen ultramontanorum, quæ magna strenuitate fervebat, pro Christi nomine mori desiderans, virtutem resistentium et (r) munitionum præsidium in nomine Domini minoravit, cepitque Malachonem, omnibus qui inerant interfectis. Sequenti die exercitus Regum advenit, ibique substitit uno die, sed et aliquantulum victualia defecerunt; tamen occurrit industria Regis nobilis, et fecit exponi victualia copiose.

(r) Compl. munitionis præsidium.

De captione Calatravæ, et discessu ultramontanorum.

CAP. VI.

Inde igitur procedentes omnes pariter pervenimus Calatravam. Agareni autem qui inibi rebellabant, excogitaverunt tribulos ferreos fabricare, et per omnes transitus Anæ fluminis proiecerunt, et quattuor habentes aculeos, qualitercumque caderent uno eorum erecto, pedibus hominum et equorum unguis (s) figebantur. Sed quia humana artificia contra Dei providentiam nihil valent, sic Deus voluit, ut paucissimi vel nulli ferre illis tribulis læderentur; et gratiæ Dei manu supposita, transivimus flumen Anam, et castrametati fuimus in circuitu Calatravæ. Agareni autem oppidum illud sic in summitatibus turrium armis et

(s) Al. figerentur.

vexillis et machinis munierant, ut volentibus impugnare satis difficile videretur. Præterea licet sit oppidum illud in plano, tamen ex una parte (t) muri eius per tactum fluminis inaccessible invenitur: ex aliis partibus sic muro et antimurali, fossatis et turribus et propugnaculis est munitum, ut absque longa machinarum impugnatione inexpugnabile videretur. Erat autem ibi Agarens quidam, nomine (u) Avencaliz, longa armorum assuefactione astutus, et bellorum exercitia frequenter expertus. De huius industria plus seipsis confidebat populus obsessorum, licet esset ibi in præsidio quidam Almohat, qui præsidii custodiæ præsidebat. Cumque in obsidione per dies aliquot moraremur, et Reges cum Principibus de impugnatione præsidii dubitarent, post longos tractatus placuit omnibus non relinquere oppidum intentatum, licet impugnatione difficilis videretur. Plerique autem melius iudicabant, cœpto itinere ad bellum procedere, quam impugnationibus castrorum insistere, præsertim cum in talibus et strenui periclitentur, et exercitus fatigetur, cum et ius acquisitionis et retentionis talium pendeat ex fine belli. Assumptis itaque armis, locisque oppidi specialiter (x) Regibus et Principibus assignatis, voce fidei elevata, (y) oppidum sunt aggressi. Sicque per Dei gratiam factum est, ut die Dominica post festum Sancti Pauli, expulsis Arabibus, fuit Calatrava Regi nobili restituta, quæ statim à fratribus qui dudum ibidem resederant, fuit munita, et christiano nomini

(t) Compl. murus eius per tactum fluminis inaccessibleis.

(u) Al. Avencaliz.

(x) Compl. et Al. regionibus et Principibus.
(y) Al. expugnaturi oppidum.

redonata. Nobilis autem Rex de omnibus ibidem inventis nihil sibi retinuit, sed ultramontanis et Regi Aragonum cuncta ^(z) cessit. Sed quoniam humani generis inimicus non cessat christianis actibus invidere, misit Satan in exercitum caritatis, et corda æmulantium conturbavit, et qui ad certamen fidei se accinxerant, retrorsum à bono proposito abierunt. Omnes enim fere ultramontani communi proposito statuerunt, ut relictis crucis signaculis, omissis etiam belli laboribus, ad propria remearent. Rex autem nobilis suorum victualia compartitus, quantum necesse erat, omnibus est largitus. Sed nec sic ^(a) cœpta obstinatio potuit revocari. Immo passim omnes inglorii recesserunt, excepto venerabili Arnaldo Narbonensi Antistite, qui cum omnibus quos habere potuit, et multis nobilibus de provincia Viennensi, semper in bono constans, à bono proposito non recessit. Et erant circiter centum triginta milites, præter pedites, de quibus etiam aliqui remanserunt. Remansit etiam de partibus Pictaviæ Theobaldus de Blazon, homo nobilis et strenuus, et natione Hispanus, et genere Castellanus. Rex Aragonum cum omnibus suis usque ad finem permansit indissolubili dilectione Regi nobili foederatus, et quia sicut dicit Salomon: *Si possides amicum, in tentatione posside illum*, hic probari potuit, quisque qualiter diligebat. Sed quoniam *diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum*; licet schismatis huius periculosus exitus time-

retur, omnia tamen cœperunt de die in diem felicius prosperari. Recedentibus itaque his qui crucem Domini in angaria attulerunt, soli Hispani cum paucis ultramontanis superius nominatis proficisci cœperunt ad bellum Domini confidenter, et primo venerunt Alarcuris; ibique castrametati, municipium occuparunt, necnon et castella alia in vicino. In eadem mansione advenit Sancius Rex Navarra, qui licet à principio simulasset nolle venire, cum ad discrimen perventum fuit, strenuitatis suæ gloriam à Dei servitio non subtraxit. Sicque Regum ternarius in Sanctæ Trinitatis nomine processerunt, et primo die castrametati sunt in circuitu Salvæ terræ. Dominica die sequenti visum fuit Regibus et Principibus, ut totus exercitus armaretur, et etiam omnia tamquam ad bellum disponerentur. Et per Dei gratiam talis apparuit multitudo, armis et signis et equis ornata, ut intuentibus nobilis hostibus et terribilis appareret, nobis amabilis, bello expediens, discessum absentium compensaret, ita quod etiam corda magnanimorum creverunt, pusillanimes confortati, dubii confirmati, et discedentium schisma quod multos terruerat, recessit à cordibus timidorum. Ibi que etiam die altero spectantes, post pervenimus ad aliam mansionem quæ dicitur Fraxineda. Tandem pervenimus ad aliam mansionem eiusdem nominis. Tertio vero die ad aliam mansionem in radice montis de Muradal, quæ dicitur Guadalfaiar.

De

(z) Al. cesserunt.

(a) Compl. et Al. propositi cœpta obstinatio.

Eccl. 6. 7.

Rom. 8. 28.

*De occupatione montis, unde ad
prælium processit* ^(b) *Christianorum exercitus.*

(b) Al. exercitus christianus.

CAP. VII.

(c) Al. Mapbo-
mat.

(d) Compl. et
Al. Giennum.

(e) Compl. et
Al. christianum.

Interea dum hæc agerentur, ^(c) Mahomat Rex Agarenorum prope ^(d) Giennium in montanis congregaverat gentes suas, ibique præstolabatur exercitum ^(e) Christianorum. Nec erat ei cordi pugnare, quia verebatur auxilia peregrina, sed ut in reditu insiliret, ut forte Christiani fatigati laboribus, diminuti mortibus, ei resistere non valerent. Et ideo forte consilio Altissimi factum fuit, quod adventitii discesserunt: post discessum enim eorum quidam initiati diabolo clanculo de nostro exercitu se furantes, ad Arabes transfugerunt, eis statum christiani exercitus et defectum victualium detegentes; qui tamen cessaverat post discidium Calatravæ. Sicque, procurante providentia quæ in sui dispositione non fallitur, fuit factum, ut Agarenus, mutato consilio, assumpta audacia, præsumens gloriam, à partibus Giennii processit. Contra nos properans, Beatiam usque pervenit, et aliquos inde misit ad Navas ^(f) Tolosæ, ut in angustia transitus, ubi est rupis fere invia, alveique ^(g) vorago, Christianorum transitum impedi-
rent. Et si Christiani summitatem montium non cepissent, in montis supercilio residerent, ut ascensum exercitus Domini prohiberent, sicut capti in bello postea narraverunt. Hac intentione observabant transitum, ut tandem deficientibus victualibus, affecti tædio et inedia

(f) Al. Losæ.

(g) Al. origo.

rediremus. Domino autem aliter faciente, Didacus Lupi de Pharo, cui ducatus exercitus erat commissus, præmisit filium ^(b) Lupum Didaci, et duos nepotes eius, Sancium Fernandi et Martinum Munionis, ut præcederent ad montis supercilia obtinenda. Verum cum illi de strenuitate confisi, aliquantulum procederent improvisi, in summitate montis iuxta castrum quod Ferral dicitur, quosdam Arabes invenerunt, qui insultum facientes in eos, fere læsissent, nisi divina gratia operante, acceptis armis, prædicti Christiani cum suis Arabes viriliter ⁽ⁱ⁾ repulissent: et summitatem montis per Dei gratiam observarunt, ita quod statim fixis tentoriis, inibi remanserunt. Quinta autem feria circa horam nonam venimus ad pedem montis, et eadem die plerique de nostris ad montis ardua conscenderunt. Maior vero pars circa Guadalfaiar alveum remanserunt. Sexta feria in manes Reges, Aldefonsus de Castella, Petrus de Aragonia, Sancius de Navarra, invocato nomine Domini, ascenderunt, ibique in quodam declivo montis fixis tentoriis, resederunt, et ^(j) ea die occupatum fuit à nostris castrum Ferral, sub quo sunt quædam voragines, et in rupe anfractus et scopulorum præcipitia iuxta Losam, et tanta est ibi angustia transitus, ut etiam expeditos impediat difficultas. Ibi quædam phalanges Agarenorum ^(k) per diem illum et partem sequentis Christianorum transitus observabant, ibique frequenter illo die inter nostros et ipsos quædam belli præludia intercesserunt, ita quod ex utraque parte aliqui, non

(b) Compl. suum
Lupum Didaci.

(i) Compl. et
Al. repulissent.

(j) Al. eadem
die.

(k) Al. per to-
tum diem illum.

ta-

tamen plurimi, ceciderunt. Dum hæc agerentur, Regum et Principum deliberatio eligebat, qua esset sine periculo procedendum; transitus enim Losæ non erat possibilis sine damno. Et cum iam exercitus Agareni vicinior nobis esset, necnon et eius tentorium rubeum appareret affixum, diversorum de processu exercitus diversæ sententiæ ferebantur. Aliqui enim attendentes impossibilitatem transitus, retrocedere consulebant, et per locum faciliorem ad Agarenorum campestria transmeare. Ad hoc nobilis Aldefonsus Rex Castellæ: "Et si hoc consilium discretione fulgeat, periculum secum portat; populus enim et alii inexperti, cum nos retrocedere viderint, non bellum querere, sed bellum fugere iudicabunt, et fiet discessio in exercitu, nec poterunt retineri. Sed ex quo ex vicino hostes prospicimus, ad eos necesse est ut eamus. Sicut autem fuerit voluntas in cælo, sic fiat." Cumque hoc consilium nobilis Regis prævaluisset, Deus omnipotens qui negotium speciali gratia dirigebat, misit quemdam hominem plebeium, satis despicabilem et habitu et persona, qui olim in montanis illis pecora paverat, et cuniculorum et leporum ibidem captioni institerat. ^(l) Is ostendit facilem viam, omnino possibilem, per declivum lateris montis eiusdem; nec ^(m) oportere ab aspectu hostium occultari, et ipsis videntibus, nec impedire valentibus, venire ad locum pugnae ⁽ⁿ⁾ congruum poteramus.

(l) Compl. ostendit viam satis facilem omnino possibilem.

(m) Compl. oportet. Al. oportet.

(n) Al. per gyrum poteramus.

De processu ad locum pugnae, et occursum Agarenorum.

CAP. VIII.

Sed quia in tanto discrimine tali personæ vix credi poterat, duo Principes præcesserunt, Didacus Lupi de Pharo et Garsias Romerii, ut si invenirent esse veram quæ pastor dixerat, montem quemdam in summitate sui habentem planitiem occuparent. Et dante Domino, sic evenit, ut ille tamquam Dei nuncius, qui ^(o) infima mundi eligit, verax inveniretur, et prædicti Principes montis planitiem occuparunt, et tres Reges die Sabbati, summo mane, suscepta benedictione pontificali et gratia sacramenti, ad prædictum montem cum suis agminibus pervenerunt. Castrum Ferral quasi omnino tunc inutile est dimissum. Ipsi tamen credentes nos à prælio deviare, eo quod Losæ transitum non servavimus, prædictum castrum cum magna lætitia occuparunt. Reges itaque postrema exercitus observantes, cum toto comitatu ad suos Principes qui præcesserant, pervenerunt. Quod attendentes Agareni non esse ^(p) subterfugium, sed processum, graviter doluerunt, et prospicientes tentoria quæ in prædicti montis cacumine figebantur, catervam militum destinarunt, ut à metatione castrorum primos agminis cohiberent. Nos enim propter viæ angustias porrecto agmine procedere cogebamur: cum nostris autem diutius confligentes, Domino faciente, viriliter sunt repulsi, et nostri, occupata planitie montis per Dei gra-

(o) Al. infirma mundi elegit.

(p) Compl. et Al. fugam sed processum.

gratiam, castra feliciter locaverunt. Et tentoriis vix metatis, videns Rex Agarenorum quod in observatione transitus nihil ei proderant insidiæ neque doli, dispositis aciebus, eadem die processit ad campum, et præcipuam aciem quæ eius erat custodiæ deputata, super quodam promontorio, ^(q) ad quod difficilis erat ascensus, nobiliter collocavit, ceteris suis aciebus à dextris et à sinistris prudentissime ordinatis; et ibi ab hora sexta usque ad vesperum spectarunt, putantes nos eo die ad proelium processuros. Sed consilii deliberatione habita, provisum fuit, ut bellum usque ad secundam feriam differretur, eo quod equi erant montium difficultate vexati, et exercitus fatigatus, et ut etiam statum eorum et processum possemus in isto medio contueri. Cumque intellexisset Agarenus, quod non procedebamus ad bellum, elatus in gloriam, non ex cautela, sed provenire credidit ex timore. Unde epistolas misit Beatiam et ^(r) Giennium, quod tres Reges obsederat ^(s) intra triduum capiendos. Tamen aliqui ^(t) de suis qui altius cogitabant, dixisse talia referuntur. "Videmus provide et sollicite collocatos, et plus videntur ad pugnam parari, quam ad fugæ subsidia anhelare." Sequenti die Dominica, summo mane, iterum egressus est Agarenus in campum ut pridie, et mansit in campo usque ad meridiem dispositis aciebus, et ad æstus iniuriam repellendam allatum fuit tentorium rubeum ad umbraculum Agareni diversis artificiiis adornatum, sub quo ^(u) gloriosius debito residens, conflictum

(q) Compl. ad quem.

(r) Compl. hic et alibi Giennium.

(s) Compl. infra triduum.

(t) Tol. non habet de suis qui.

(u) Tol. et Al. gloriosus debito.

fastu regio expectabat. Nos vero, sicut pridie fecimus, eorum exercitum attendentes, observatis castris, deliberabamus, qualiter in crastino procedere deberemus. Toletanus autem et ceteri Pontifices per singularum civitatum et singularum Principum mansiones verbum exhortationis et indulgentiæ devotissime proponebant. Eo die illustris Rex Aragonum consobrinum suum Nunium Sancii accingit cingulo militari. Agareni etiam in modum torneamenti circa ultimam partem castrorum quædam belli præludia attentabant. Tandem inter sextam et nonam post longam expectationem Agareni ad locum quo castra metati fuerant, sunt reversi.

De dispositione acierum, et ordinibus bellatorum.

CAP. IX.

Sequenti vero die circa mediam noctem vox exultationis et confessionis insonuit in tabernaculis christianis, et per vocem præconis inclamatum est, ut omnes ad bellum Domini se armarent. Celebratis itaque Dominicæ passionis mysteriis, et facta confessione, sumptis sacramentis, acceptis armis, ad campi certamina processerunt. Dispositisque aciebus, sicut iam dudum fuerat pertractatum inter Principes Castellanos, Didacus Lupi cum suis habuit primos ictus: mediam aciem Comes ^(x) Gundisalvus Nunii cum fratribus templi, et hospitalis, et Uclesii, et Calatravæ: ^(y) collateram habuit Rodericus Didaci de Camberis, et Al-

(x) Compl. et Al. hic et alibi Gonsalvus.

(y) Compl. collateralis.

Alvarus Didaci frater eius, et Ioannes Gundisalvi, et alii nobiles cum eisdem: in ultima acie nobilis Rex Aldefonsus, et Rodericus Archiepiscopus Toletanus cum eo, et alii Episcopi supradicti. De Baronibus, Gundisalvus Roderici^(a) et frater eius, Rodericus Petri de Villa luporum, Suerius Telli, et Fernandus Garsia, et alii. In qualibet autem istarum acierum erant communia civitatum, sicut fuerat ordinatum. Strenuus autem Petrus Rex Aragonum exercitum suum disposuit in totidem aciebus: primos ictus habuit Garsias Romerii: secundam aciem Eximius Cornelii et Aznarius Pardi: in ultima fuit ipse cum aliis magnatibus regni sui: similiter et in collateralis acie alios de suis nobilibus collocavit. De communibus etiam civitatum Castellæ habuit ipse secum. Rex Navarra Sancius, speciali prærogativa strenuitatis perspicuus, cum suis à dextris Regis nobilis procedebat, et in comitatu suo communia civitatum Secobiæ, Abulæ, et Medinæ. Dispositis^(a) itaque aciebus, elevatis ad cœlum manibus, directis ad Deum oculis, cordibus ad martyrium excitatis, protensis vexillis fidei, et nomine Domini invocato, ad belli discrimina omnes pariter pervenerunt. Primi autem qui primos ictus dederunt in acie Didaci Lupi de Pharo, fuerunt suus filius et nepotes superius nominati, strenui et audaces. Agareni vero in summitate quadam præsidium instar atrii firmaverunt de scriniis sagittarum, infra quod erant præcipui peditum collocati; ibidemque Rex eorum resedit, habens iuxta se ensem, induens^(b) cap-

pam nigram, quæ fuerat Abdelmumi, qui fuit principium Almo hadum, et librum etiam sectæ nefariæ Mahometi, qui dicitur Alchoranus. Extra atrium erant etiam aliæ acies peditum, quorum quidam tam de interioribus, quam de exterioribus^(c) sibi adinvicem colligatis, ut quasi de fugæ præsidio desperarent, constanter belli instantiam sustinebant. Erat autem exterius ante atrium acies Almo hadum militaris, equis et armis et infinita multitudine terribilis in aspectu: à dextris autem ipsorum et à sinistris erant Arabes velocitate et lancearum agilitate nocui inexpertis, qui et fugiendo impetunt, et fugati acius insolescunt. In planitie vero, ubi volubilitati non^(d) obest angustia, nociviores reperiuntur. Hi similes Parthis, sagittarum insistunt negotiis, et in clavarum ponderibus vasa ferunt vertiginis, et hi et illi, extraordinariis vagationibus intenti, acierum ordinem non observant, ut adversarios incursionibus turbent, et suis ordinatim venientibus, ruptis agminibus ex adverso, grassandi tribuant facultatem. Sed et istorum et aliorum innumerabilem multitudinem nullum credo de nostris potuisse veraciter extimare, nisi quod postea ab Agarenis audivimus, quod erant octoginta millia militum,^(e) peditum vero turbæ non poterant numerari. Ad hæc dicebantur adesse quidam Agareni de partibus^(f) Azdoræ prope Marrochos,^(g) minus accepti in oculos Regis sui. Hi, equis relictis, Regi suo, ut eius gratiam compararent, pedites astiterunt, et ex his omnibus nullus creditur evasisse. Astabat

Aa etiam

(a) Compl. et Al. fratres eius.

(c) Compl. aciebus adinvicem colligatis.

(d) Al. abest.

(a) Tol. atque aciebus.

(e) Al. peditum vero multitudo non poterat numerari.

(f) Compl. et Al. Azgoræ.

(g) Al. mirius accepti.

(b) Al. cappam magnam, quæ fuerat Abdelmumi.

etiam Regi eorum quædam acies, stupenda multitudine obstipata, et militaribus insignibus mirabiliter adornata.

*De victoria Christianorum,
et strage Sarracenorum.*

CAP. X.

Agareni autem fere immobiles in loco manentes, cœperunt repellere primos nostrum qui ascendebant per loca satis congressui importuna, et in his ^(b) repulsibus aliqui ex nostris congressoribus, difficultatibus fatigati, aliquantulum substiterunt. Tunc etiam aliqui ex mediis aciebus Castellæ et Aragoniæ in unum agmen ad primas acies convenerunt, et fuit ibi commotio magna, et res dubio periculosa, ita ut etiam aliqui, non tamen de ⁽ⁱ⁾ magnis, viderentur fugæ præsidio inhiare; sed primi et medii ex Aragonia et Castella conjunctim congressui insistebant: collaterales etiam acies cum Agarenorum aciebus acriter dimicabant, adeo quod quidam eorum terga vertentes, fugere videbantur. Quod attendens Aldefonsus nobilis, vidensque quosdam plebeia vilitate, quid deceat, non curare, dixit, omnibus audientibus, Pontifici Toletano: "Archiepiscopo, ego et vos hic moriamur." Qui respondit ei: "Nequaquam, immo hic prævaleritis inimicis." Rex autem invictus animo, "Festinemus, inquit, primis succurrere in periculo constitutis." Tunc Gonsalvus Roderici et fratres eius processerunt ad primos. Fernandus vero Garsiæ, vir strenuus, et in militia indu-

strius, retardavit ipsum Regem, consulens ut observato moderamine procederent ad succursum. Tunc Rex inquit iterum: "Hic, Archiepiscopo, moriamur. Talis enim in tali articulo mors ^(j) non deceat." Et ille: "Si Deo placet corona victoriæ, non mors ^(k) insistat: sin autem aliter Deo placuerit, ^(l) vobis commori omnes communiter sumus parati." In his autem omnibus (testificor coram Deo) nobilis Rex non mutavit vultum, nec gestum solitum, nec loquelam, immo viriliter et constanter, ut leo imperterritus, aut mori, aut vincere firmus erat, nec diutius valens tolerare primorum periculum, festinato gressu, usque ad atrium Agareni, dante Domino, hilariter vexillorum insignia pervenerunt. Crux vero Domini quæ coram Toletano Pontifice consueverat baiulari, præferente eam Dominico Paschasii Canonico Toletano, per Agarenorum acies miraculose transivit, et ibidem, illæso baiulo, sine suis usque ad finem belli, sicut Domino placuit, perduravit. Erat autem in vexillis Regum imago beatæ Mariæ Virginis, quæ Toletanæ provinciæ et totius Hispaniæ semper tutrix ^(m) extitit et patrona. In cuius adventu acies illa mirabilis, et turba innumerabilis, quæ hactenus satis ⁽ⁿ⁾ immobilis permanebat, et rebellis nostris obstiterat, cæsa gladiis, fugata lanceis, victa ictibus, terga dedit. Tunc etiam ad instantiam germani sui qui ^(o) Zeit Avozechrit vocabatur, Rex Agareni iumento varii coloris insidens, fugæ præsidio se commisit, et cum quattuor militibus periculi sociis

(j) Compl. et Al. nos deceat.

(k) Compl. insistat.

(l) Al. vobiscum mori.

(b) Tol. et Al. repulsis.

(i) Al. de magnatibus.

(m) Al. erat, et patrona.

(n) Compl. immobiles permanebant, et rebelles nostris obstiterant.

(o) Compl. Zeyt abozecri.

Bea-

Beatiam usque venit, et Beatien-
sibus, quid facerent, sciscitanti-
bus, dicitur respondisse: "Nec mi-
hi, nec vobis possum consulere:
»Dominus sit vobiscum." Ibi que
mutato iumento, Giennium ea no-
cte pervenit. Interea Aragonensi-
bus ex sua, Castellanis ex sua,
Navarris ex sua parte instantibus,
cæsa sunt multa millia Agarenor-
um. Quo viso, et audito, Toletanus
Pontifex hæc verba dixit nobili
Regi: "Estote memor gratiæ
»Dei, quæ omnes defectus in vo-
»bis supplevit, et opprobrium ali-
»quandiu toleratum hodie releva-
»vit. Estote etiam memor vestro-
»rum militum, quorum auxilio ad
»tantam gloriam pervenistis." His
et aliis in hunc modum dictis, ipse
Toletanus et alii Pontifices qui si-
mul aderant, cum lacrimis devo-
tionis in laudis canticum, elevatis
vocibus, ^(p) proruperunt dicentes: *Te
Deum laudamus, te Dominum
confitemur.* Erat etiam ibi Tellius
Palentinus Episcopus, Rodericus
Segontinensis, Menendus Oxomen-
sis, Dominicus Placentinus, Petrus
Abulensis, multi etiam alii clerici
Domino cantica decantantes. Cam-
pus autem sic strage Agarenorum
plenus erat, ut etiam in robustissi-
mis equis vix super eorum cada-
vera absque periculo transiremus.
Erant autem Agareni ^(q) qui supra
prædictum atrium inventi sunt,
statura proceri, pinguedine dilata-
ti, et (quod mirabile est dictu)
licet iacerent in omnibus partibus
corporis detruncati, et iam à pau-
peribus spoliati, in toto campo
nec signum sanguinis poterat in-
veniri. Quibus peractis, nostri gra-
tiæ Dei terminum nolentes impo-

nerere, per omnes partes usque ad
noctem eos infatigabiliter sunt se-
cuti, et secundum extimationem
creduntur circiter biscentum millia
interfecta. De nostris autem vix
defuere viginti quinque.

De magnalibus bellatorum.

CAP. XI.

Quæ autem specialiter facta sunt
à magnatibus, neminem credo suf-
ficienter posse dicere, cum nemo
potuerit omnia particulariter intue-
ri; scilicet, qualiter Aragonensium
audax strenuitas operam dedit stragi,
qualiter agilitate facili præve-
nerit fugientes: quam viriliter
^(r) Eximius Cornelii cum turba
suorum advenerit agentibus primos
ictus: qualiter Garsias Romerii et
Aznarius Pardi cum aliis magnati-
bus Aragoniæ et Cataloniæ belli
dubia magnifice peregerunt: qua-
liter Navarrorum bellicosa agilitas
belli ^(s) instantiæ se obiecit, et per-
secuta sit fugientes: qualiter et ul-
tramontani qui remanserant, ^(t) oc-
cursu magnanimi, Agarenorum
incursibus restiterunt: qualiter Ca-
stellanorum magna nobilitas et
nobilis magnanimitas largis copiis
supplevit omnia, manu strenua
compressit pericula, victrici gla-
dio prævenit velocia, felici victo-
ria complanavit aspera, et crucis
improperia in gloriam commutavit,
et hostis blasphemias laudum can-
ticis dulcoravit. Sed si singulorum
magnalia vellem prosequi, citius
in scribendo manus deficeret, quam
dicendi materia mihi deesset. Sic
enim omnes præventrix armaverat
gratia, ut nullus de iis qui esse

(p) Al. pro-
rumpunt.

(q) Compl. et Al.
qui iuxta supra-
dictum atrium.

(r) Al. sæpe
Ximenius Cor-
nelii.

(s) Al. instan-
tius.

(t) Tol. et Al.
in occursum ma-
gnanimi.

aliquid videbantur, aliud appetere, nisi aut pati martyrium, aut obtinere. His itaque omnibus peractis feliciter, iam circa solis occasum in Agarenorum tentoriis sedimus fatigati, satis tamen pro victoriæ lætitia recreati, neque ex nobis ad castra ^(u) aliqui redierunt, nisi famuli ad sarcinas deportandas. Tanta autem fuit in campo Arabum multitudo, quod medietatem spatii vix potuimus occupare. In campo autem qui voluerunt rapere, plurima invenerunt, aurum scilicet, argentum, vestes pretiosas, suppellectilia serica, et multa alia pretiosissima ornamenta, necnon et pecunias multas, et vasa pretiosa, quæ omnia pro maiori parte pedites et aliqui milites de Aragonia habuere. Maiores enim, et quos fidei zelus, et Regis ^(x) reverentia, et amor strenuitatis nobilitaverat, hæc omnia contemnentes, usque ad noctem persecutioni viriliter intenderunt, præsertim cum præcedenti die Pontifex Toletanus sub interminatione anathematis inhibuisset, ne quis prædæ campi insisteret, si divina providentia victoriam concedere dignaretur. Camelorum autem, et ceterorum animalium, necnon et victualium quæ inibi sunt inventa, vix posset, ^(y) quantumlibet subtilis discretio æstimare. In eodem itaque loco illo die et sequenti moram fecimus fatigati. Homines, et vehicula, et res, et sarcinæ, quæ fuerant ob belli instantiam ^(z) postposita, vel neglecta, famulorum studio sunt advecta. Et quod vix videtur credibile, licet verum, in illis duobus diebus ad usus omnes nulla alia ligna com-

(u) Tol. et Al. qui redierunt.

(x) Compl. le-gis reverentia.

(y) Tol. quamlibet subtilis.

(z) Tol. et Al. proposita.

bussimus, nisi hastas lancearum et sagittarum, quas secum duxerant Agareni: vix tamen in illo biduo potuimus consumere medietatem, quamvis ex industria, non ad necessitatem ignem apponerent, sed ad eorum multitudinem consumendam.

De captione Beatæ, et Ubetæ, et aliorum castrorum, et reditu exercitus.

CAP. XII.

Exinde procedentes quidam ex nostris castrum de Bilche fortissimum obsederunt. Nos vero die tertia post bellum, quarta scilicet feria, venientes, cepimus castrum Bilche, necnon et alia tria, scilicet Ferral, et Balnea, et Tolosam, quæ usque hodie per Dei gratiam à fidelibus incoluntur; ibique moram per unum diem fecimus: et procedentes ex nostris ad civitatem Beatiam, vacuam invenerunt, fugientibus Agarenis, et suorum periculo iam comperto, se in Ubetam receperunt, præter quosdam inexpeditos qui in eorum oratorio, quod Mezquita dicitur, incendio perierunt. Hoc audito, Reges et Principes communi consilio decreverunt Ubetam obsidere. Hoc factum fuit feria sexta post bellum. Igitur secunda feria, ^(a) octavo scilicet die post bellum, aggressi sunt civitatem, invocato nomine christiano; et sicut Domino placuit, ex ea parte ubi instabant Aragonenses, quidam armiger Lupi Ferrencii de Luna murum ascendit, et in eius ascensu corda resistentium languerunt, et se Regis

(a) Al. septimo.

gis

gis gratiæ sponderunt. Super hoc itaque habito frequenti tractatu, primo obtulerunt Sarraceni mille millia aureorum, ut civitas eis integra remaneret, quod et aliqui acceptarunt, dolentibus admodum Regibus, dissimulantibus tamen propter instantiam ^(b) magnatum.

(b) Compl. hic et alibi magnatorum.

Demum Toletano, Narbonensi, et ceteris Pontificibus auctoritate pontificali pacta huiusmodi prohibentibus, factum est, ut civitas funditus everteretur, Sarracenis ad vitam servatis, captivitati nihilominus mancipatis. Et iam Dei gratia propter luxum hominum tepescente, Christiani cupiditate illecti, intendebant iniuriis et rapinis: unde et Dominus imposuit frenum ori eorum, et percussit eos infirmitatibus, et iumenta, et vix erat in tabernaculis, qui commilitoni posset socio, vel domino ministrare. Et necessitate compulsi, redivimus Calatravam, ibique invenimus Ducem Austriæ de partibus ^(c) Teutoniæ, qui satis in magno venerat apparatu. Indeque cum Rege Aragonum, cui erat consanguinitate coniunctus, in Aragoniam est reversus. Nos vero cum nobili Rege Aldefonso ad urbem pervenimus Toletanam, ibique cum Pontificibus et clero et universo populo in Ecclesia beatæ Mariæ Virginis processionaliter est receptus, multis Deum laudantibus, et in musicis instrumentis acclamantibus, quod eis Regem suum reddiderat sanum et incolumem, et corona victoriæ coronatum. Inde, diviso exercitu, unusquisque ad propria est reversus. Hic finis belli, quod fuit Æra MCCL, feria secunda, decimo sexto calendas Augusti.

(c) Compl. Theoboniæ.

Æ. 1250.

De captione Alcaratii, et Alcantaræ, et aliorum castrorum, et fœdere cum Rege Legionensi.

CAP. XIII.

Post hæc autem, licet Christianorum populi essent laboribus et infirmitatibus fatigati, Rex tamen nobilis à magnalibus non poterat abstinere; et congregato exercitu, eodem anno, mense Febuario, castrum Dominarum impugnatum machinis occupavit, et restituit, quorum fuerat, fratribus Calatravæ. Et inde procedens, cepit castrum quod ^(d) Eznavexore dicitur, et militiæ Sancti Iacobi dedit illud. Et inde ^(e) procedens ad castrum famosum quod Alcaratium dicitur, obsidione diutina impugnavit, et in die Ascensionis Domini eiusdem anni cepit illud, Domino faciente, et à Roderico Toletano Pontifice, et clero qui aderat, processionaliter est receptus in Ecclesia Sancti Ignatii, quæ Mezquita fuerat, divinis ^(f) sollemniter celebratis. Cepit etiam aliud castrum quod Rivus oppæ dicitur, expulsis Arabibus ab eodem. Et sic reversus in terram suam, in villa Ecclesiæ Toletanæ, quæ Sanctus Torquatus dicitur, festum Pentecostes, præsentem uxorem suam Regina Alienor, et filio suo Enrico, et filia sua Berengaria Regina Legionensi, et nepotibus suis Fernando et Alfonso, cum gratiarum actionibus et gloria celebravit. Accidit autem eo anno, ut Dei iudicium Hispaniam visitaret; nam sic in omnibus regni finibus victualia defecerunt, ut homines panem petentes, cum non esset qui porri-

(d) Al. Eznavexo.

(e) Compl. perveniens.

(f) Compl. sollemniis.

ge-

geret, in plateis et compitis famis exitio morerentur, licet ipse Rex nobilis largissime eleemosynas erogaret, et Pontifices, et magnates, milites, et populares supra posse studerent, quæ habere poterant, pauperibus impartiri. Nec tantum sterilitas in fructu terræ, sed etiam in volucris, gregibus, et armentis, quæ conceptu et fetu eo anno sterilitate simili caruerunt, et equitaturæ et equi (g) multi defectu palearum et hordei perierunt. Et licet tanta pestis patriam infestaret, Rex nobilis ab ascensionibus corde conceptis non potuit retineri, et cum Aldefonso Rege Legionensi, olim genero, foedus initum innovavit, et restituit ei Rex Castellæ Carpium et Montem regalem, ut diruta de cetero non starent. Et dato ei in auxilium Didaco Lupi de Pharo, magnate nobili et potente, Reges pariter condixerunt, ut uterque per confinia regni sui exercitum duceret contra Mauros: et Rex Legionensis in eo introitu cepit Alcantaram, munitionem nobilem, quam dedit postea fratribus Calatravæ.

De obsidione Beatia, et tregua cum Arabibus, et populatione Miraculi, et peste famis.

CAP. XIII.

Æ. 1251. Aldefonsus autem nobilis Rex Castellæ, Æra MCCLI, octavo calendas Decembris, congregato exercitu, urbem ingressus est Toletanam, et per Consocram et Calatravam transiens, circa Beatiam fixit castra, et sic invaluit fames ibi, ut exercitus carnes hu-

mano generi insuetas edere cogerentur; ibique advenit prædictus Didacus Lupi cum magno militum comitatu. Rex enim Legionensis post captam Alcantaram reversus fuit in terram suam. Cumque diu Beatia obsidio traheretur, nec à patria victualia portarentur, omnibus fere fame deficientibus, suorum consilio Rex nobilis, tregua cum Arabibus reformata, rediit Calatravam, et cum fratres et sæculares qui inibi morabantur, fame et inedia laborarent, magnates et milites et ceteri populorum, prout unusquisque potuit, subvenerunt, sicut tanta adversitas tolerabat. Rodericus etiam Toletanus Pontifex attendens verbum Ioannis Apostoli: *Qui viderit fratrem suum necessitatem habentem, et cluserit viscera misericordie suæ, quomodo Dei caritas est in illo?* Et item dicit Scriptura: *Pasce fame morientem, quem nisi paveris, occidisti:* totum argentum quod apud se potuit invenire, fratribus erogavit; et ne castra frontaria remaneret habitatoribus destituta, elegit ipse cum indigentibus indigere, et cum fratribus in terræ solatium et subsidium eo tempore remanere. Rege itaque cum exercitu ad patriam redeunte, prædictus Pontifex omnibus sæcularibus remanentibus Calatravæ à festo Epiphaniæ usque ad octavam Sancti Ioannis omni die edulium ministravit. Sed in quadragesima ad tantæ necessitatis angustias pervenerunt, quod ipse Pontifex cum fratrum capitulo potius carnes comedere, quam terram deserere decreverunt, nisi Dominus aliter pro-

1. Ioan. 3. 17.

Apud Gratianum 1. p. Decreti, dist. 86. cap. Pasce.

videret. Sed Dei abundantia ^(b) pietatis misericorditer sic providit, ⁽ⁱ⁾ ut prædicto Pontifici alimonia non deesset, et fratrum indigentiam supportaret usque in diem, qua terra Domini divitibus et pauperibus fructum dedit. Eo tempore idem Pontifex in via publica per quam Toletum Arabes gravius infestabant, castrum quod Miraculum dicitur, populavit: ubi cum aliquandiu consedisset, pluviis et inundationibus impeditus, castri fabrica non crescebat, tamen in eo quod fieri potuit, relictis militibus et aliis bellatoribus qui novæ populationis ambitum custodirent, imminente sollemnitate Ramis palmarum venit ad Ecclesiam Toletanam. Ubi processione sollemniter celebrata, cum clamor insurgeret egenorum, idem Pontifex verbum exposuit caritatis, et sic Omnipotens corda audientium inflammavit, ut ipso incipiente, ceteri qui verbum Domini audiebant, usque ad tempus fructuum ^(j) cunctos pauperes receperint: et sic ^(k) caritas gratiarum numerum augmentavit, ut in ^(l) tota urbe vix remanserit qui exhibitorem proprium non haberet. Et eadem die ^(m) qua fuit hæc distributio caritatis, septingenti milites et mille quadringenti pedites Arabum castro Miraculi advenerunt, et eos qui intus aderant, unius diei concertatione fortiter impugnarunt, adeo quod aliquis de intrinsecis sine morte, aut effusione sanguinis vix remansit. Agareni autem inclusorum constantiam formidantes, multis ex suis sagittis, gladio, et lapidibus interfectis, gressu retrogrado recesserunt, et tanta fuit

cæsió obsessorum, quod nullus ex eis in castro potuit remanere. Sed post ⁽ⁿ⁾ abcessum Arabum, Roderico Pontifici, cuius erant, nuncio destinato, successores fortes et incolumes receperunt, et ipsi Toletum vehiculis sunt advecti, ubi commoditate debita recreati, usque ad sanitatis gaudium sub chirurgico remanserunt. Rodericus autem Pontifex, his dispositis, ivit Burgis ad Regem nobilem Aldefonsum, qui opera eius commendans in Domino, dedit ei viginti aldeas in possessionem perpetuam Ecclesiæ Toletanæ.

De morte Regis nobilis Aldefonsi.

CAP. XV.

Consummatis autem quinquaginta tribus annis in regno, Rex nobilis Aldefonsus generum suum Regem Portugalliæ ad colloquium convocavit. Cumque esset in procinctu itineris eundi Placentiam, ultimam sui domini civitatem, in aldea quadam Arevali, quæ dicitur Gu-terrius Munionis, cœpit graviter infirmari, ubi demum febre correptus, vitam finivit, et secum gloriam Castellæ sepelivit, facta prius confessione Roderico Pontifici, et sumpto summi viatici sacramento, assistentibus Episcopis Tello Palentino et Dominico Placentinensi. Sequenti die in præsentia Alienor uxoris suæ carissimæ, et Reginæ Berengariæ filiæ suæ dulcissimæ, cum Enrico filio, et Alienor filia, et nepotibus suis Fernando et Alfonso in ætate consistentibus puerili, Æra MCCLII, in

Æ. 1252.
die

^(b) Tol. pietati misericorditer.

⁽ⁱ⁾ Al. ut et prædicto.

⁽ⁿ⁾ Tol. et Compl. accessum.

^(j) Tol. et Compl. ceteros pauperes.

^(k) Tol. et Al. caritatis gratiarum.

^(l) Al. tanta urbe.

^(m) Al. quæ.

(o) Al. *Fidei Virginis.*

die ^(o) Fidis Virginis, secunda feria, decimo calendas Octobris, non plenus dierum, sed virtutibus et honore, beatum spiritum suo, qui dederat, restituit creatori. Et factus est luctus omnium, et desolatio magnatum, necnon et omnium populorum. Et corpore eius in decenti sarcophago collocato, ea die pervenimus ^(p) Vallem oletum. Deinde ex omnibus regni partibus Pontifices et Abbates, religiosi et sæculares, milites et magnates, humiles et maiores ad exequias tanti funeris convenerunt. Sic enim corda ^(q) omnium vulneravit relatio mortis eius, quasi quilibet improvisæ sagittæ iaculo feriretur. Sic enim strenuitas, largitas, curialitas, sapientia, et modestia eum sibi ab infantia vindicarant, ut post mortem eius sepulta credantur omnia cum sepulto. Omnes enim non tantum in suis, sed in aliis

(p) Compl. et Al. *Vallem oleti.*

(q) Tol. et Al. *hominum.*

Hispaniæ finibus, effrenatis studiis, et laxatis habenis licentiæ, quo libuit, abierunt, et nihil sibi retinuerunt, cum thesauros verecundiæ amiserunt. Sepultus est autem in regali monasterio prope Burgis à Roderico Toletano, Tello Palentino, Roderico Segontinensi, Menendo Oxomensi, Girardo Segoviensi Episcopis, et aliis religiosis, officiosa obsequia funeris filia eius Regina Berengaria impendente, quæ tanto dolore eius exequias consummavit, quod fere dilaceratione et lacrimis se extinxit. Et sicut in vita regnum virtutibus adimplevit, sic in morte totam Hispaniam, immo mundum lacrimis madefecit. Sepultus et autem in prædicto monasterio à Pontificibus supradictis, ubi laudum eius præconia nec invidia nec oblivio poterit abolere.

LIBER NONUS.

De regno Regis Enrici, et quod fuit Comiti Alvaro deputatus.

CAP. I.

(r) Compl. et Al. *parvulus, successor, et heres.*

Eo igitur iam sepulto, continuo filius eius Enricus, ^(r) parvulus et heres, à Pontificibus et magnatibus, universo clero, *Te Deum laudamus*, cantante, ad regni fastigium elevatur. Undecim annorum erat cum regnare cœpisset, et duobus annis et decem mensibus regnavit. Verum post mortem Regis nobilis, viginti quinque diebus transactis, Alienor uxor eius fuit rebus humanis exempta. Hæc erat Enrici Regis Angliæ filia, pudica,

nobilis, et discreta, et sepulta est in prædicto monasterio iuxta virum, et custodia ^(s) pueri Regis, et regni gubernatio remansit penes Berengariam Reginam, ^(t) sororem eius. Cuius diligentia sic apparuit toto tempore sui regiminis, ut pauperes, divites, ecclesiastici, sæculares, sicut tempore Regis nobilis fuerant, in suis statibus servarentur, licet Baronum varietas zelo invidiæ circumacta discidia procuraret. Cum autem essent tres Co-

(s) Al. *parvuli.* Compl. et Al. *puelli.*

(t) Compl. et Al. *nobilem sortorem eius.*

Comites, Fernandus, Alvarus, Gundisalvus, filii Comitis Nunii supradicti, cœperunt ad custodiam Regis pueri inhiare, ut concepta odia possent in his quos oderant, vindicare, sicut pater eorum fecerat tempore pueritiæ patris eius. Aliqui etiam, quibus Regina Berengaria se credebatur, eorum studiis consenserunt, mediante quodam milite Palentino, qui Garsias Laurentii dicebatur, et de mandato Reginæ erat custodiæ Regis pueri deputatus. ^(u) Hic, promissa sibi à Comite Alvaro in hereditatem villa quæ dicitur Tabulata, Regi suasit, ut ad Comitis Alvari custodiam se transferret. Quod cum sollers Regina Berengaria percepisset, animo gratanti concessit; sed timens insolentias quæ venerunt, fecit iurare Comitem Alvarum et magnates, ut sine ipsius Reginæ consilio, nec aliquibus terram auferrent, nec aliquibus terram darent, nec vicinis Regibus guerram moverent, nec mulctam, quæ Hispaniæ pecta dicitur, imponerent in aliqua regni parte: et iuramento et ^(x) hominio in manu Roderici Toletani Pontificis firma-verunt, et si contrarium facerent, prodicionis infamia tenerentur. Sed quia Regina propter importunitates militum et maiorum tædio erat affecta, timebat ne regnum in sui eustodia turbaretur, et ideo Comiti Alvaro dedit puerum conditionibus supradictis. Qui cum Gundisalvo Roderici et fratribus suis tunc sibi faventibus in continenti Burgis egrediens, cœpit exterminia procurare, magnos humiliare, et vulgi divites exhaurire, religiones et Ecclesias ancillare, et deci-

marum tertias quæ ad Ecclesiarum fabricas pertinebant, cœpit similiter infiscare; sed excommunicatus à Roderico Toletano Decano, qui vices Archiepiscopi tunc gerebat, coactus fuit restituere, et iurare ne de cetero attentaret: et Ecclesiarum homines qui privilegiorum regalium immunitate gaudebant, cœpit angariis et exactio-nibus subiugare.

De contubernio Regis Enrici, et dominae Mafaldæ.

CAP. II.

Verum cum apud Vallem oleti curiam celebrassent magnates alii, Lupus Didaci de Pharo, Gonsalvus Roderici et fratres eius, Rodericus Roderici, et Alvarus Didaci de Camberis, Alfonsus Tellii de Menesis, et alii nobiles, regni exterminio condolentes, curaverunt tantis cladibus obviare, et Reginæ Berengariæ prudentiam ^(y) ad-euntes, humiliter supplicarunt, ut regni miseris condoleret. Comes autem Alvarus cœpit Reginam nobilem ^(z) infestare, adeo ut ea quæ sibi pater suus dederat, occuparet, et ei etiam ore temerario demandavit, ne in regni finibus remaneret. Tunc Regina nobilis cum sorore sua Alienor, quæ fuit postea Regina Aragonum, et erat tunc temporis domicella, in castrum Gunsalvi Roderici quod Aptellum dicitur, se recepit, ibique deguit usque ad mortem fratris. Sed prædicti magnates tamquam naturali dominæ fideliter adhærentes, Regi parvo fidelitatis debitum in omnibus servaverunt. Cæterum

Bb præ-

(u) Al. Huic promissa est à Comite.

(x) Al. hic et alibi homagio.

(y) Al. attendentes.

(z) Compl. etiam infestare.

prædictæ Reginæ sollers industria omnia sic provide ordinavit, ut magnates sibi faventes, et Comitis Alvari insolentias ^(a) refrenarent, et ^(b) Regi puero iura sua conservarent. Verum cum Rex tenellus intentionem Comitis sagaci indolem iam sentiret, libenter volebat ad sororis custodiam se transferre. Sed Comes Alvarus per suos complices ita cavit, quod Rex puer, quod volebat, non potuit ^(c) effectui mancipare. Nam Comes calide cogitavit uxorem ex Portugallia sibi dare, qua mediante posset puerum in suo beneplacito retinere. Sed in contrarium res evenit. Nam cum Mafaldam filiam Regis Portugallia adduxisset, et puer non esset in ætate nubili, remansit domina coniugali commercio defraudata, et quia se consanguinitatis linea attingebant, de mandato Innocentii ^(d) Papæ fuit contubernium separatum. Et post (ut fertur) inter se et dominam voluit Comes Alvarus connubium procurare. Sed ipsa, cum esset pudica, verbum respuit indignanter.

*De morte nuncii, et captione
Montis alacris, et obsidione
Villa albæ.*

CAP. III.

Post curiam Vallis oleti Comes Alvarus cum suis complicitibus et cum Rege extrema Dorii peragravit, maiorum animos sibi concilians, ut eorum favore posset aliis imperare, et habentium divitias exhaurire, et inde se transtulit ultra Serram. Et cum venisset Maquedam, quæ est oppidum in dioecesi

Toletana, Regina nobilis misit nuncium de fratris statu clanculo percunctari. Erat enim sollicita, eo quod à Comite Alvaro negligentius servabatur. Et cum Comes Alvarus de nuncio comperisset, ^(e) fecit scribi litteras imposturæ, et falso sigillo Reginæ nobilis intercludi, in quibus continebatur, quod Regina nobilis scribebat aliquibus de consilio ^(f) magnatum de campis, ut cum toxico sibi misso fratri suo exitiale poculum propinarent, ut sic puerum ad sororis odium gravius provocarent, et hominem continuo suspenderent. Sed cum labia malignorum sibi ^(g) velut ebria mentiantur, qui Susannam à falso testimonio liberavit, Reginam nobilem et innocentem ab imposturæ mendacio liberam declaravit, et ut in suis mendaciis caperentur iniqui, communis et fidelis assertio omnium sine dubio affirmabat Reginæ nobilis veritatem, detestans maledictis et conviciis, quod iniquitas adinvenit. Et licet è fronte superbia Comes Alvarus niteretur, tanta tamen effervuit subsannatio populi contra eum, ut cogeretur recedere à partibus dioecesis Toletanæ; et Optam veniens, ibi aliquandiu fecit moram. Advenit autem miles nobilis Rodericus Gundisalvi de Valle viridi, qui beneplacitum Regis pueri iam habebat, ut ad sororem suam in scio Comite Alvaro se transferret. Sed cum Fernandus Munionis, Comitis Alvari fautor et nepos, adventum prædicti nobilis comperisset, ei ex improvviso, assumptis militibus, supervenit, et captum duxit ad Alarconem. Tunc Comes Alvarus, ut in regno ^(b) discidia exci-

(a) Tol. et Al. refrenaret.

(b) Tol. et Al. Regi parvo conservaret.

(c) Tol. et Al. effectum.

(d) Tol. tertii Papæ. Compl. Papæ tertii fuit.

(e) Tol. secum scribit litteras.

(f) Compl. et Al. magnatorum de campis.

(g) Compl. viru ebria.

(b) Tol. et Al. excidia.

taret, fautoribus Reginae nobilis movit guerram, et assumptis quos habere potuit, cum Rege ad Vallem olei in sequenti quadregesima pervenerunt, et ⁽ⁱ⁾ Paschate Resurrectionis Dominicæ celebrato, cum militibus Castellanis et de extremis Dorii Vallem triticariam vastaverunt, et domos magnatum qui Reginae favebant, hostiliter dissiparunt. Deinde in castro quod Mons alacer dicitur, Suerium Tellii obsederunt. Sed cum Gonsalus Roderici, et fratres eius, et Alfonsus Tellii pluribus militibus præeminentes, Regis præsentiam reverentes, noluerunt obsessio fieri in succursum. Sed ipse Suerius Tellii Regi petenti protinus castrum dedit. Exinde Comes cum Rege procedens, in campis plurima devastavit, et apud Carrionem per dies aliquos fecit moram. Deinde ad Villam albam de Alcor contra Alfonsum Tellii properavit, et quidam milites ex agmine præcurrentes, extra munitionem Alfonsum Tellii reppererunt, et captis equis et armis, ipsum etiam vulnerarunt, et vulneratus, in municipio se recepit, ubi per aliquot dies obsessus, viriliter se defendit.

De morte Regis Enrici.

CAP. III.

Ab obsidione vero Comes recedens, Pallentiam festinavit. Regina autem et sui nobiles in Aptello et castro Cinisario morabantur, et nesciebant quid agerent, eo quod in exercitum, Rege præsentem, non poterant insilire, ^(j) nec illatas iniurias sustinere. Unde com-

muniter decreverunt Regi restituere terram suam, et de cælo auxilium expectare. Cum igitur terra (ut dictum est) variis incursionibus vastaretur, et Comes cum parvo Pallentiam advenisset, contigit eum in domo Episcopi hospitari, et res Ecclesiæ ut hostem consumere, et devastare. Quadam autem die, cum Rex puer instaret ludicris cum coætaneis domicellis, minus provide custoditus, domicellus quidam, è turre casu tegulam proiciens, Regem in capite vulneravit, ex quo ictu post dies paucos fuit mors lugubris subsecuta. Sed antequam rumorem loquacitas divulgasset, Regina sapiens misit Lupum Didaci et Gundisalvum Roderici magnates pro filio suo Fernando, qui apud Taurum cum patre tunc temporis morabatur. Qui ^(k) euntes, rumorem de morte Regis pueri sumperunt, et Regi Legionis causam aliam suadentes, cum Infante Fernando ad Reginam Verengariam redierunt. Interim autem Comes Alvarus tulit Regem à Pallentia, ut in ^(l) castro quod Tarecum dicitur, celaretur. Sed quia res non potuit occultari, soror eius Regina, funestis rumoribus concitata, Pallentiam cum magnatibus properavit, ubi à venerabili Tellio Episcopo civitatis cum processione sollemniter sunt recepti; et inde ad castrum quod Doniæ dicitur, procedentes, continuo vi ceperunt. Tunc magnates cum Comite Alvaro de concordia tractaverunt, sed nihil voluit Comes Alvarus acceptare, nisi Infans Ferdinandus, Rex futurus, suæ custodiæ, ut avunculus, traderetur. Cui pacitioni Regina nobilis et magnates,

(k) Al. venientes, mortem Regis pueri suppresserunt.

(l) Tol. castrum quod Tarecum.

(i) Compl. Pascha Resurrectionis.

JA 19. 57 (e)

castro JA (g)

castro JA (h)

(j) Tol. ne illatas.

verentes præterita, nullatenus consenserunt: et procedentes, ad Vallem oleti venerunt, et consilio habito, ad extrema Dorii processerunt. Et cum venissent ad villam quæ ^(m) Cauca dicitur, habitatores villæ eos recipere noluerunt; sed ad aldeam quamdam quæ Sanctus Iustus dicitur, secesserunt, et ibidem nuncios receperunt, ne ⁽ⁿ⁾ Secobiam, vel Abulam, vel ad aliquam extremorum Dorii accederent civitatem. Nunciatum est etiam quod Sancius Fernandi, frater Regis Legionensis, contra Reginam et filium eius magna cum multitudine adveniret. Unde et Regina nobilis et filii sui cum his qui aderant, ad Vallem oleti protinus redierunt.

(m) Al. Coca.

(n) Tol. et Compl. Socobiam.

Quod Infans Fernandus factus est Rex Castellæ.

CAP. V.

Cum autem audisset Regina potiores extremorum Dorii et de ultra Serram Secobiæ convenire, misit nuncios qui eis fidelitatis debitum suaderent. Cumque viri extremorum Dorii hoc audissent, venire ad Reginam nobilem continuo consenserunt, et cum ad Vallem oleti communiter convenissent, ibidem tam extremorum Dorii potiores qui pro omnibus venerant, quam etiam magnates et milites Castellani communi consensu ^(o) regnum Castellæ fidelitate debita Reginæ nobili obtulerunt. Ipsi enim, decedentibus filiis, cum esset inter filias primogenita, regni successio debebatur, et hoc ipsum patris privilegio probabatur, quod in ar-

(o) Al. Regi Castellæ fidelitatem debitam.

mario Burgensis Ecclesiæ servabatur, et etiam totum regnum antequam Rex haberet filium, bis iuramento et hominio hoc firmarat. Ipsa autem intra fines pudicitiae et modestiae supra omnes mundi dominas se coarctans, regnum sibi noluit retinere. Sed extra portam Vallis oleti, educta multitudine extremorum Dorii et Castellæ, ubi forum agitur, convenerunt, eo quod tantam multitudinem domorum angustia non ferebat; et ibidem filio regnum tradens, Infans Fernandus de quo diximus, omnibus approbantibus, ad Ecclesiam Sanctæ Mariæ ducitur, et ibidem ad regni ^(p) solium sublimatur, anno ætatis suæ decimo octavo, clero et populo decantantibus, *Te Deum laudamus, te Dominum confitemur*. Et ibidem omnes ei fecerunt hominium, et fidelitatem Regi debitam iuraverunt, et sic honore regio ad regale palatium est ^(q) reductus. Cum autem audisset Regina nobilis Aldefonsum Regem Legionensem ad villam quæ ^(r) Airoium dicitur, advenisse, modestiae suæ insistens pudori, per Mauricium Burgensem et Dominicum Abulensem Episcopos humiliter supplicavit, ut se ab inquietatione filii temperaret. Sed ipse Rex elatus superbia quam cordi eius Comes Alvarus instillarat, supplicationi et precibus contradixit, eo quod imperio inhiabat. Immo transivit Pisoricam, et venit Lacunam, ubi cum diebus aliquot permansisset, direxit faciem contra Burgis; et cum loca plurima et domos militum devastasset, et alias incendio concremasset, ad villam quæ Arcus dicitur, superv-

(p) Tol. et Al. salutem.

(q) Al. adductus.

(r) Al. Arroyum.

venit, sperans civitatem Burgensem se capturum. Sed cum audisset in eadem urbe Lupum Didaci et multos ^(s) milites congregatos, frustratus spe vacua et inani, contra consiliarios indignatus, in terram suam propere remeavit.

De tumulatione Regis Enrici.

CAP. VI.

Regina autem, in Regem filio sublimato, dum hæc fierent, Pallentiæ morabatur, et ibi venerunt ad eam ex Secobia, et Abula, et aliis oppidis extremorum Dorii milites copiosi, ^(t) conciliorum suorum servitia offerentes. Et tunc Regina duos venerabiles Pontifices, Telliium Pallentinum et Mauricium Burgensem misit Tarecum, ut Enrici Regis corpus reciperent cum suis parentibus tumulandum, præsertim cum et hoc ipsum Comes Alvarus iam mandasset; et præfati Pontifices, recepto corpore, Pallentiam redierunt. Et inde Rex novus cum matre sua Regina nobili ad castrum quod Munio dicitur, advenerunt, et dum Rex oppidum impugnaret, Regina nobilis fratrem suum Enricum Regem in sarcophago nobiliter præparato detulit ad monasterium prope Burgis, et ibidem iuxta fratrem suum Fernandum Infantem, cum planctu magno exequiis celebratis, regaliter sepelivit. Inde vero Regina veniens Munionem, invenit castrum à Rege Fernando et suis fidelibus occupatum, militibus qui inerant, captivatis. Post hæc ad Lermam et Laram quas Comes Alvarus detinebat, cum Burgensi

concilio procedentes, invasas fortiter occuparunt, et rebellantes milites vi ceperunt. Inde ad urbem Burgensem redeunt, à Pontifice, clero, et populo honorifice et processionaliter sunt recepti, gaudentibus omnibus, quod liberati ab hostibus in dominæ naturalis dominio remanserunt.

De largitate Reginae ^(u) Verengariæ, et de captione Comitis Alvari.

CAP. VII.

Verum quia perturbatione huiusmodi obsistente, regales redditus ad stipendia defecerunt, et Regina nobilis, quidquid habuerat, in largitionibus dispensarat, ad argenti et auri et gemmarum donaria misit manum, et quæque ex talibus reservarat, in auxilium filii liberaliter erogavit; et de consilio magnatum qui secum aderant, ad partes Belli foraminis, Anagari ^(x) (Naiaræ) processerunt, et receptis villis quas sibi incolæ gratissime reddiderunt, Burgis iterum sunt reversi: munitiones enim quas Comes ^(y) Gonsalus Nunii detinebat, non potuerunt propter sui fortitudinem expugnare. Et dum Rex et Regina nobilis essent Burgis, Comes Alvarus cum fratribus et complicibus per aggerem ^(z) Alliorum, et Quintanam fortunii transierunt, et in Belli foramine hostiliter irruentes, nec ætati nec sexui pepercerunt, sed cuncta cæde et incendio consumpserunt. Quod cessit novo Regi et Reginae nobili in amaritudinem et dolorem. Et hac vastatione peracta, Comites

^(u) Al. Berengariæ.

^(x) Al. non habet Naiaræ.

^(y) Compl. Gonsalus Nunii.

^(z) Compl. Alleurum.

ad

^(s) Compl. nobiles congregatos.

^(t) Tol. et Al. consiliorum suorum.

ad propria redierunt, et Rex novus cum matre Regina nobili et suis magnatibus à Burgis Pallentiam cœpit ire. Et dum ad villam quæ Pallentiola dicitur, pervenissent, Comes Fernandus in ripella vallis ^(a) Guiariæ, aciebus dispositis, subsistebat. Comes Alvarus cum suis militibus Ferrariolam se recepit, et quarta feria quattuor temporum mensis Septembris, cum Rex Fernandus et Regina nobilis ituri Pallentiam, iuxta Ferrariolam pertransirent, collateralem aciem cum Alfonso Tellii et Suerio Tellii separavit, ne agmen exercitus ^(b) transeuntis à militibus Comitis læderetur. Et cum Comes Alvarus extra villam cum aliquibus militibus resedisset, in villam ceteris intromissis, ^(c) ut posset exercitum contemplari, remansit cum paucis, in villam colligi dedignatus. Sed cum Alfonsus Tellii, et Suerius Tellii, et Alvarus Roderici, et quidam alii eum eminus agnovissent, contra eum equorum impetu processerunt, et videns multitudinem præeminere, iam exanimis, quamvis superbus, recolligere sese cœpit. Sed cum prædicti milites advenissent, Comes Alvarus de equo descendit, et iacens in terra, clypeo se obtexit. Sed illi ^(d) manibus eum trahentes, captum cum duobus militibus concaptivis Regi et nobili Reginae præsentarunt. Et qui multos offenderat, qui nulli pepercerat, qui naturali dominæ ^(e) eius dominium abnegarat, divino iudicio nunc prostratus, suorum militum et fratrum intuentium auxilio destitutus, capitur inglorius et confusus. Tunc Regina nobilis gaudio

et lacrimis Deum laudans, diu gratiarum institit actioni, quod inimicum suum et regni et filii sibi tradidit tam facili captione.

Quod Comes Alvarus et Comes Fernandus restituerunt quædam castra novo Regi.

CAP. VIII.

Videntes igitur cuncti qui aderant, quod Deus omnipotens Reginae nobilis opera dirigebat, cum gaudio et actionibus gratiarum Pallentiam intraverunt, et inde ad Vallem oleti iverunt, ubi fuit Comes Alvarus in captione et vinculis custoditus. Cumque ibidem de compositione aliquandiu tractaretur, ea conditione fuit pactio acceptata, ut Comes Alvarus restitueret castra omnia quæ tenebat, scilicet Cannetum, et Alarconem, Amariam, et Tarecum Cæsareum, et Villamfrancam, Turrim Belli foraminis, Anagarum, ^(f) (Naraiam) et ^(g) Pandicurgum, et his deditis, solveretur. Castrum Xoriz et Orzeionem detinebat Comes ^(b) Fernandus frater eius, et ad eorum captionem tenebatur Comes Alvarus cum centum militibus Regem sequi, donec ea suæ potentiae subiugaret. Comes autem Alvarus Gundisalvo Roderici fuit commissus, donec compleret superius prænotata. Rex autem duxit exercitum versus Castrum, et licet Comes Fernandus fultus copia victualium et multitudine armatorum inibi rebellaret, ea conditione restituit Castrum et Orzeionem, ut eius vasallus fieret, et ab eo ut vasallus proprius castra teneret. His per-

(a) Compl. Guiariæ.

(b) Tol. transeuntis.

(c) Compl. ut ipse posset.

(d) Al. per manus.

(e) Tol. et Compl. jus domini abnegavit. Al. abnegavit.

(f) Al. non habet Naraiam.

(g) Compl. Pandicurgum, et his redditis, solveretur.

(b) Compl. hic et alibi Fernandus.

peractis , Domino disponente , quievit perturbatio novi Regis , et sex mensium spatio fuit seditio sic sedata , quæ credebatur perpetuo duratura , quod Rex Fernandus susceptus ab omnibus , cœpit (i) ubique iurisdictionem regiam exercere.

(i) Tol. et Al. ibi iurisdictionem.

De Comitum morte Alvari et Fernandi.

CAP. IX.

Post hæc autem Comites videntes in regno potentia suæ gloriam minoratam , immo potius annullatam , in Valle iuniperi territorii Pallentini cœperunt iterum rebel- lare , et prædas in campis Gothi- cis exercere. Sed Rex Fernandus cum Regina nobili matre sua et aliqua parte magnatum venit ad aggerem Fumorum , et (j) Medinam de rivo sicco , et sic Comitum insolentia pro parte maxima cessa- verunt. Sed videntes Comites in Valle iuniperi non posse resistere , Regis Legionensis dominio se de- derunt , et , ut moveret guerram filio , suaserunt. Cumque utrimque exercitus convenissent , et quidam nobiles ex Castella versus partes Salmantica intravissent , videntes Regem Legionis sibi cum suo exer- citu occurrentem , in aldea Me- dinæ del Campo , quæ Castellio dicitur , intraverunt. Cumque Rex Legionensis eos inibi obsidisset , et Comes Alvarus cœpisset caligis ferreis calceari , percussus à Domi- no , cœpit gravissime infirmari , et firmata tregua inter patrem et fi- lium , ab invicem discesserunt. Comes autem Alvarus morbi et

(j) Al. Me- thynnam Rivisicci.

(k) treguæ dolore vexatus , Taurum semianimis est delatus , ubi mortis anxietate coactus , militia Sancti Iacobi sese dedit , et ibidem vi- tam finivit , et Uclesii est sepultus. Et post modicum temporis Co- mes Fernandus frater eius , (l) cui non , ut voluit , in regno Castellæ desideria provenerunt , in Africam transfretavit , et ab Amiramome- nino susceptis muneribus , varia ia- ctitavit ; et dum ibi longa mora , ut moris est Arabum , traheretur , eum contigit infirmari , et fecit ad vicum prope Marrochos , qui El- bora dicitur , se transferri. Vicus enim à christianis dumtaxat incolis colebatur. Et dum percepit ex incurabili morbo interitum immi- nere , à Gundisalvo fratre hospi- talis , qui Innocentii Papæ tertii fa- miliaris extiterat , suscepit habitum hospitalis , et universæ carnis viam ingressus , cum aliis qui ibidem obierant , ad domum hospitalis , qui Pons Fiterii dicitur , in diœce- si Pallentinensi , in sarcophago est delatus , et ibidem ab uxore sua Comitissa Maiore , et filiis suis Fer- nando et Alvaro , et multis aliis est sepultus.

(k) Compl. treu- gæ.

(l) Compl. quia non , ut voluit , in regno Castellæ et desideria pro- venerunt.

De laude Regis Fernandi , et eius uxore Beatrice.

CAP. X.

Adversariis itaque sic à Domino iudicatis , Rex Fernandus regnum obtinuit pacifice et quiete , Regi- na nobili omnia disponente , quæ (m) adeo sollicite filium educavit , ut regnum et patriam iuxta morem avi sui nobilis Aldefonsi (n) in pace et modestia gubernaret usque ad

(m) Tol. adeo sollicite eum edu- cavit.

(n) Al. Alde- fonsi modeste , et pacifice guber- naret.

re-

regni sui vicesimum quintum annum. Sed quia indecens erat, ut tam magnus Princeps extraordinariis petulantibus traheretur, mater sua quæ semper voluit eum ab illicitis custodire, ^(o) procuravit ei uxorem nomine Beatricem, quæ fuit filia Regis Philippi, in Romanorum Imperatorem electi, et Mariæ filiæ Corsac Constantinopolitani Imperatoris, quæ fuit optima, pulchra, sapiens, et pudica; missique pro ea nuncii Mauricius Burgensis Episcopus, vir laudabilis et discretus, Petrus Abbas Sancti Petri de Aslantia, Rodericus Abbas de Rivo sicco, Petrus Odoarii Prior hospitalis, ad Fredericum Romanorum Regem, sub cuius custodia erat tunc temporis domicella, in Teutonia accesserunt, ^(p) et ab ipso Rege honorabiliter sunt recepti. Cumque legationis causam, ut iniunctum fuerat, explicassent, prædictus Rex et sui principes responsionem aliquandiu suspenderunt, et fere per menses quattuor prædicti nuncii expectarunt. Tandem Rex Federicus, in Imperatorem electus, consobrinam suam Beatricem, domicellam nobilem, pulchram, compositam, et prudentem, Regi Fernando per dictos nuncios cum apparatu nobili destinavit. Et cum Parisios advenissent, Rex Francorum, Philippus nomine, qui tunc Gallis præsidebat, eam honeste recepit, per terram suam honorifice dans ^(q) ducem. Ad regnum Castellæ felici itinere pervenerunt. Et Regina nobilis Berengaria cum comitatu nobili religiosorum, et sæcularium, magnatum, et dominarum ultra burgum qui Victoriâ dicitur, occurrit no-

bili domicellæ; et Burgis exinde venientes, invenerunt Regem Fernandum cum magnatibus et nobilibus et civitatum primoribus expectantem, qui domicellam et nuncios honore quo decuit, receptavit. Et tertia die ante festum Sancti Andreae in regali monasterio prope Burgis celebrata Missa à venerabili Mauricio Burgensi Episcopo, et armis militaribus benedictis, ipse Rex, suscepto gladio ab altari, manu propria se accinxit cingulo militari, et mater sua Regina nobilis ensis cingulum deaccinxit. ^(r) Tertia die, in festo scilicet Sancti Andreae, Beatricem dulcissimam domicellam duxit sollemniter et legitime in uxorem, Missam venerabili Mauricio in Cathedrali Ecclesia celebrante, et benedictionem nubentibus largiente. Et fuit ibi curia nobilissima celebrata, assistentibus totius regni magnatibus, dominabus, et fere omnibus regni militibus, et primoribus civitatum.

De rebellionem quorundam magnatum, et morte Comitis Gundisalvi.

CAP. XI.

Post modicum vero temporis, propter iniurias quas Rodericus Didaci de Camberis in terra sibi crederet exercere, licet esset cruce signatus in subsidium Terræ sanctæ, Rex Fernandus citavit eum, ut ad curiam veniens, satisfaceret de obiectis. Cumque ille ad Vallem olivæ curiam advenisset, cum naturaliter iræ inconstantia duceretur, à falsis amicis suasus, invisus et in-

(o) Al. legit *procurata est ei.*

(p) Tol. et Compl. non habent *et.*

(q) Compl. *ducatum, et ad regnum.*

(r) Compl. et *tertia die.*

salutato Rege, recessit. Rex autem pro huiusmodi indignatus, abstulit ei terram ^(s) suam. Et cum prædictus Rodericus Didaci nollet restituere munitiones, tandem restituit eo pacto, ut Rex daret ei quatuordecim millia aureorum; et cum pecuniam suscepisset, tunc demum reddidit castra Regi. Anno postea iterum revoluto, Gonsalus Petri, ^(t) Molinæ dominus, consilio Comitis Gundisalvi cœpit contra Regem minus provide rebellare, et partem ^(u) regni Molinæ vicinam rapinis et vastationibus molestare. Cumque monitus, nec desistere, nec satisfacere voluisset, Rex Fernandus super eum exercitum congregavit; sed supervenienti nobili Regina Berengaria matre sua, cum Rex non posset castrum ^(x) Zapharè expugnare, concordiam ^(y) procuravit, et certis pactionibus Rex, soluto exercitu, à Molina recessit. Et diebus aliquot interpositis, Comes Gundisalvus Nunii qui ad Arabes se transtulerat, cum à Rege Castellæ beneficia non posset assequi, ut optabat, iterum se restituit Agarenis, et dum in partibus Cordubæ moraretur, in villa quæ ^(z) Beatia dicitur, infirmitate gravissima contigit ipsum mori, et delatus à suis, sepultus est in Cephinis, ubi habent oratorium fratres templi.

De filiis Regis, et primis vastationibus contra Mauros.

CAP. XII.

Suscepit autem Rex Fernandus ex uxore sua gratissima Beatrice filios hic notatos: Aldefonsum pri-

mogenitum, ^(a) Federicum, Fernandum, Enricum, Philippum, qui oblatus à domina Berengaria Regina nobili avia sua Deo et Roderico Toletano Pontifici, per manus eiusdem Pontificis ad titulum Ecclesiæ Toletanæ in sortem Domini est vocatus; et in continenti idem Pontifex præbendam et alia beneficia in prædicta Ecclesia assignavit. Habuit alios filios, Sancium, qui oblatus Roderico Toletano Pontifici, à quo cum clericali tonsura Psalmistæ officium est adeptus, præbendam et beneficium in Toletana Ecclesia est consecutus: Emmanuelem, et duas filias, Alienor, quæ decessit parvula, et Berengariam, quæ in regali monasterio degit virgo Domino consecrata. Verum Regina nobilis Berengaria, mater Regis, volens eum à Christianorum iniuriis alienum, militiæ suæ primitias voluit Domino ^(b) dedicare, et treguam cum Arabibus noluit ulterius protelari; sed exercitu congregato, assistentibus sibi Roderico Toletano Pontifice et aliis magnatibus regni sui, per Beatiam et Ubetam vastationes exercens, aggressus est ^(c) Caseatam, et captis et interfectis multis millibus Sarracenorum, quia castrum variis impugnationibus erat dirutum, tunc noluit retinere. Rex autem, Caseata, ut diximus, occupata, per ripam Bætis magni fluminis ad partes pervenit Giennii, et destructis quibusdam munitionibus, urgente instantia hiemali, ad propria est reversus. Post hæc autem iterum exercitum congregavit, et tradente eas sibi Avomahomat, qui erat Arabum Princeps nobilis, filius Avoabdellæ filii

(a) Al. Fredericum, Fernandum.

(s) Compl. non habet suam.

(t) Tol. non habet dominus. Al. de Molina dominus.

(u) Tol. et Al. Reginæ, Molinæ vicinam.

(x) Al. Capharè.

(y) Tol. et Al. procuraverat.

(z) Al. Baena dicitur. Compl. Baena, sed inter utramque lineam legitur Baena.

(b) Al. immolare, et treguam.

(c) Compl. ubique Caseatam.

Abdelmumi, cepit Beatiam, Andugarum, atque Martos, et castrum istud nobilissimum dedit fratribus Calatravæ, et destructis aliis castris et municipiis, ad sua feliciter est reversus. Et tertio ingressus terram Arabum, cepit Seviot, ^(d) Xolarum, et Gartiez, et bellatoribus obfirmavit, aliisque vastationibus peractis, ad urbem reversus est Toletanam. Eo tempore erat in Hispaniis legatus Romanæ Ecclesiæ Ioannes de Abbatis villa, quæ est in Comitatu Pontini, Sabinensis Episcopus Cardinalis, vir bonus, sapiens, litteratus, qui celebratis in singulis regnis Conciliis, postquam monita salutis proposuit, ad Sedem Apostolicam est reversus, tribus annis legationis expletis. Post hæc iterum Rex Fernandus terram Arabum est ingressus, et cepit ^(e) Eznatoraph, turrem de Albep, Sanctum Stephanum, et Chicranam, et alia vice duxit exercitum per ^(f) Giennium circa festum Sancti Ioannis, quod propter sui fortitudinem non potuit expugnari; et inde procedens, cepit Pegum, et captis incolis, et occisis, munitiorem funditus desolavit: et veniens ad oppidum quod Alhama dicitur, captis habitatoribus, et occisis, locum destructione simili dissipavit. Post quod ad propria cum exercitu remeavit. In hac expeditione non interfuit Rodericus Pontifex Toletanus, qui ^(g) Guadalphaiare remanserat, febris acumine fatigatus, ubi finis periculum vix evasit; sed misit cum exercitu ^(h) Dominicum, Capellanum suum, virum venerabilem, Episcopum Placentinensem, qui in

exercitu loco eius pontificalia exerceret.

De captione Capelle, et fundatione Ecclesiæ Toleti, et Abenhut.

CAP. XIII.

Et procedens iterum contra Mauros, obsedit Capellam, castrum munitissimum in diocesi Toletana, et diutinis impugnationibus tandem cepit, et expletis quattuordecim hebdomadibus expeditionis, ad urbem regiam est reversus. Et tunc iecerunt primum ⁽ⁱ⁾ lapidem Rex et Archiepiscopus Rodericus in fundamento Ecclesiæ Toletanæ, quæ in forma Mezquitæ à tempore Arabum adhuc stabat, cuius fabrica opere mirabili de die in diem, non sine grandi admiratione hominum, exaltatur. In diebus huius Regis Fernandi surrexit quidam, nomine Abenhut, in castro Rechoc in territorio Murciensi, et cœpit contra Almohades rebellare, qui cismarinos Arabes adeo crudeli dominio opprimebant, quod de facili Abenhuti proposito consenserunt; et obtenta Murcia et finitimis oppidis et castellis, omnes Almohades, quos habere potuit, capite detruncavit, et omnes Mezquitas præsentia Almohadum iudicans inquinatas, aspersione aquæ fecit à suis sacerdotibus expiari, et armorum suorum insignia fecit nigra, quæ in bellis et alibi præferibat, quasi luctu præsignans gentis suæ excidium: et in modico tempore obtinuit Vandaliæ Hispanorum, præter Valentiam et confinia, in quibus Zaen de gene-

(d) Compl. Xodeirum.

(e) Tol. Oznatoraph.

(f) Compl. ubique Giennum.

(g) Tol. Guadalphaiare.

(h) Al. Domini Capellanum suum.

(i) Tol. lapides.

nere regio rebellavit. Erat autem Abenhut de genere Abohaget, olim Regis Cæsaraugustæ, et cum fere Monarchus in cismarina Vandalia haberetur, audacia, largitate, iustitia, veritate, prout gentis eius infidelitas, seu versutia tolerat, præminebat. Sed à quodam suorum, qui Abenromam dicitur, invitatus ad epulas et delicias familiares, quas gentis illius colit voluptas, factione hospitis et vasalli occiditur in conclavio apud præsidium Almaria. Et tunc invaluit Arabs quidam, dictus ^(j) Mahoma Alienalaginar, qui paulo ante bovis et aratri vestigia sequebatur. Hic Arionæ, et Giennii, Granatæ, Vastæ, et ^(k) Accii, et locis aliis adhuc hodie principatur: et post interitum Abenhuti Vandalia cismarina in plures Regulos est divisa, et ab Almohadibus separata, quod ^(l) Christianis utile invenitur.

(j) Al. *Mabomat Avenalaginar*, qui paulo ante bovem et aratri. Ita Compl. sed legit *Avenalaginar*.
(k) Compl. *Accio*.

(l) Compl. *Christianorum proposito utile invenitur*.

De morte Aldefonsi Regis Legionensis, et successione Regis Fernandi.

CAP. XIII.

Post hæc iterum obsedit Giennium, et machinis validis impugnavit, sed videns quod civitas tanta fortitudine præminebat, quod non posset humano ingenio expugnari, habito suorum magnatum consilio, inde recessit, ^(m) et cum Abdarfertiam pervenisset, rumor advenit patrem suum in Villa nova de Sarria ab hoc sæculo migravisse, et in Ecclesia beati Iacobi traditum sepulturæ, Æra MCCLXVIII, et quod etiam regnum legaverat,

(m) Al. *et cum ad Daralfertiam pervenisset, rumor advenit patrem suum ab hoc sæculo decessisse, et in Ecclesia. Al. legit Daral Fertiam.*

Æ. 1268.

quas ex Regina Tarasia susceperat, filiabus. Propter quod mater eius Regina nobilis domina Berengaria ⁽ⁿ⁾ ad eum materna sollicitudine veniebat, ut ad recipiendum ^(o) regnum paternum quantocius festinaret, quod ei de mandato patris Pontifices, magnates, et civitatum concilia ^(p) iurarent, ne forte in mora perturbatio aliqua oriretur. Erant autem cum eo Rodericus Pontifex Toletanus, Lupus Didaci, Alvarus Petri, Gonsalvus Roderici, Garsias Fernandi, Alfonsus Telli, ^(q) Guillelmus Gonsalvi, Didacus Martini, et alii nobiles, et magnates, et plures milites civitatum, qui cum Rege inclito venientes, Reginam nobilem in pago qui ^(r) Orgatium dicitur, invenerunt, et inde communiter urbem regiam intraverunt, à qua, mora ^(s) postposita, omnes continuo recesserunt, et ad oppidum quod Agger Sellarum dicitur, pervenerunt; indeque ad castrum Sancti Cypriani de Mozoth cum matre et comitatu veniens, castrum ei ut domino reddiderunt. Sequenti die eum similiter in villa Lalii receperunt, ubi ad Regem, tamquam ad dominum, ex Tauro, nobilissimo oppido, milites advenerunt, qui Regem ^(t) sui et oppidi naturalem dominum cognoverunt, et, ut sequenti die Taurum adiret, instantissime supplicarunt; nobili Regina hæc omnia ^(u) procurante. Altera vero die Taurum intravimus, ubi omnibus annuentibus, Rex Fernandus, factis sibi hominio, in Regem et dominum est receptus. Indeque per castra dominæ Reginæ aliquandiu incedentes, recepimus ex aliis civitatibus milites et nuncios venientes,

(n) Compl. *versus eum*.
(o) Tol. et Al. *bonum paternum*.

(p) Compl. *in ora bis iurarent*.
Tol. *iurarent*.

(q) Al. *Guillelmus*.

(r) Al. *Orgacim*.

(s) Tol. et Al. *proposita*.

(t) Al. *suum et oppidi*.

(u) Compl. et Al. *sagacissime procurante*.

tes, qui videbantur de receptione Regis aliquantulum dubitare. Sorores enim domini Regis, Sancia et Dulcis, de quibus diximus, rebellionem cum complicibus præparabant. Sed tamen regni Prælati, quorum interest regnum et sacerdotium contueri, in auditu auris Regem Fernandum in Regem illico receperunt, scilicet, Ioannes Ovetensis, Nunius Astoricensis, Rodericus Legionensis, Michael Lucensis, Martinus Salamantinus, Martinus^(x) Mindonensis, Michael Civitatensis, Sancier Cauriensis. Hi omnes cum suis civitatibus, patre mortuo, filio se dederunt, nec rebellio cogitata potuit invadere. Nam quam cito venimus Maioricam et Mansellam, Regi se protinus reddiderunt.

De ingressu Legionensi, et concordia Regis cum sororibus.

CAP. XV.

Sequenti vero die intravimus Legionem, quæ in regno illo sedis regni præeminet dignitate, ibique ab Episcopo et universis civibus ad regni Legionis fastigium elevatur, clero et populo, *Te Deum laudamus*, cantantibus concorditer et iucunde, et ex tunc Rex Castellæ et Legionis pariter est vocatus. Ibi nuncii advenerunt ex parte Reginæ^(y) Tarasiæ super compositione internuncia referentes, et licet verbum magnatibus displiceret, tamen Regina nobilis in tantum^(z) timuit regni et pauperum vastationem, quod procuravit, ut Rex subsisteret Legioni,

et ipsa iret Valentiam de concordia cum Regina Tarasia tractatura. Cumque ambæ Reginæ Valentia convenissent, sic sollertia Reginæ nobilis Berengariæ procuravit, ut Regis sorores Regi restituerent omnia quæ tenebant, et ipsæ essent provisione contentæ, quam eis Rex et Regina nobilis assignarent; si quid iuris in regno habebant, simpliciter resignarent. Et pacto huiusmodi confirmato, Rex advenit, et inde omnes ivimus Beneventum, quo etiam Infantes filia Reginæ Tarasiæ advennerunt,^(a) ubi Rex Fernandus et Regina nobilis eis reditus triginta millium aureorum in locis competentibus^(b) assignarunt percipiendos toto tempore vitæ suæ: et sic obtinuit omnes munitiones et omnia castra quiete et pacifice Rex Fernandus. Et in hoc enituit quamplurimum Reginæ nobilis sollers cura, qua non minori gratia Regi filio dedit hoc regnum, quam Regnum Castellæ, quod ad eam iure hereditario pertinebat. Sic enim scivit omnia ordinare, ut licet regnorum unio fere omnibus displiceret, ipsa studuit taliter providere, ut sine sanguinis effusione regnorum unio proveniret, et utrumque regnum pace perpetua lætaretur. Indeque Rex ivit Zemoram, Salamanticam,^(c) Letesimiam, Civitatem Roderici, et Albam, et per ceteras regni partes, in quibus honore regio et hominio ab omnibus est susceptus. Tunc Rex Fernandus dedit Casatam iure hereditario Roderico Archiepiscopo Toletano, quæ tamen^(d) aliquantulum reparata, à Sarracenis incolis tenebatur. Sed

(a) Al. ut.

(b) Al. resignarent.

(c) Al. Letesimam. Compl. Letesimam.

(d) Compl. iam aliquantulum.

(x) Tol. Min-
somensis.

(y) Compl. Tharasia: infra legit Tharasia.

(z) Al. timuit de regni vastatione.

Rodericus Archiepiscopus, evolutis à donatione tribus mensibus, exercitu congregato, ivit contra Casatam cum multitudine armatorum, et expulsis Mauris qui ruinas oppidi reparabant, illud retinuit, et ad honorem Regis qui illud dederat Ecclesiæ Toletanæ, custodivit hactenus, et custodit cum aliis castris, scilicet, Pilos, Toyam, Lacra, Agosmo, Fonte Iuliani, ^(e) Turribus de Lacu, Ficu, Alaulula, Areola, duobus Germanis, Villa Montini, Nubila, et Castorla, Concha, et Chelis. Post hæc iterum Rex Fernandus obse- dit Ubetam, oppidum populosum, bellatoribus et munitione magna tutatum, sed adeo fortiter impugnavit, ut conclusi, salvis corporibus, oppidum resignarent. Et tunc Rex, oppido acquisito, ad urbem regiam est reversus, Æra MCCLXXII. Obiit Regina Beatrix in oppido quod Taurum dicitur, et ducta ad regale monasterium prope Burgis, iuxta Regem Enricum regaliter est sepulta.

Æ. 1272.

*De obsidione et captione
Cordubæ.*

CAP. XVI.

Cæterum elapso biennio à morte patris sui Regis Legionensis, obsedit Cordubam, regiam et patri- ciam civitatem, ad cuius obsidio- nem hoc modo venit. Sarraceni quidam, offensi primoribus civita- tis, venerunt ad quosdam milites Christianos, spondentes se datu- ros unum ambitum ^(f) *el Axarquia* civitatis. Hi autem milites, qui Al-

mogaveres dicuntur Arabice, ver- bum gaudii audientes, licet non crederent, periculo sese dederunt, et in noctis silentio ad murum Cordubæ pervenerunt; et cum vo- cem vigilum non audissent, quia ^(g) soporis ignavia tenebantur, ap- positis scalis quas secum tulerant, ad muri altitudinem ascenderunt, et turres aliquas occuparunt, in quibus vigiles occiderunt, et am- bitum qui ^(h) Axarquia dicitur, in- vaserunt, multis ex Arabibus in- terfectis qui in hoc ambitu habi- tabant, et ipsi, metu postposito, in turribus resederunt, licet ex alio ambitu Arabes sagittis, fun- dis, iaculis, et lapidibus fortiter impugnant; et successum hu- iusmodi nunciarunt Christianis qui in frontaria morabantur. Quod cum audisset miles quidam de fa- milia Regis, qui Ordonius Alvari dicebatur, statim omnes quos ha- bere potuit, Cordubam secum du- xit, et statum obsidionis domino Regi continuo intimavit. Interim autem advenit Alvarus Petri de regni magnatibus potens et no- bilis, et obsidentibus se adiecit, et Rex Fernandus qui in regno Legionis eo tempore morabatur, recepto nuncio, convocatis civi- bus et militibus, licet non expe- ctatis, vix cum centum militibus cœpit continuo proficisci, sed im- brium et fluviorum inundationibus aliquantulum impeditus, non po- tuit tam cito occurrere, ut vole- bat; advenit tamen tempore op- portuno, et ⁽ⁱ⁾ quotidie, tam ex Ca- stella, quam ex Legionem venie- bant milites, et magnates, et communia civitatum. Cœpit Cor- duba gravius coarctari: tandem af-

(g) Al. corpo-
ris ignavia dor-
mitabant.

(h) Compl. Xar-
quia.

(e) Tol. et Al.
Turribus Dela,
cum Ficu.

(f) Compl. in-
ter utranque
lineam legit *el*
Axarquia: à
Tol. abest.

(i) Al. conti-
nue.

affecteda pugnâ et inedia, victa redditur et invita, et vitæ tantummodo conservati inclusi Arabes exierunt, et in festo Apostolorum Petri et Pauli à sordibus Machometi patricia civitas expurgatur. Sed Rex in turri maiori, ubi solebat nomen perfidi invocari, præcepit lignum crucis vivificæ exaltari, et cœperunt omnes cum gaudio et lacrimis, *Deus adiuva*, conclamare, et subsequenter regale vexillum iuxta crucem Dominicam collocari, et cœpit in iustorum tabernaculis gaudii et lætitiæ vox audiri, clero cum Pontificibus acclamante, *Te Deum laudamus, te Dominum confitemur.*

De restauratione et dote Ecclesiæ Cordubensis, et campanis relatis ad Sanctum Iacobum.

CAP. XVII.

Et tunc venerabilis Ioannes Oxomensis Episcopus, regalis aulæ Cancellarius, cum Gundisalvo Conchensi, Dominico Beacensi, (j) Adamo Placentinensi, Sancio Cauriensi Episcopis Mezquitam ingressus est Cordubensem, quæ cunctas Mezquitas Arabum ornatu et magnitudine superabat. Et quia venerabilis Ioannes, de quo diximus, Roderici Toletani Primatis vices gerebat, qui tunc temporis apud Sedem Apostolicam morabatur, eliminata spurcitia Machometi, et aqua lustrationis perfusa, in Ecclesiam commutavit, et in honore beatæ Virginis erexit altare, et Missam sollemniter

celebravit, et sermonem exhortationis (k) divinæ proponens secundum sapientiam sibi datam, et gratiam suis labiis instillatam, diffudit in cordibus auditorum, adeo ut pœnitentiali gaudio recreati, contriti cordis sacrificia et labiorum vitulos (l) immolarent. Et Rex Fernandus novæ Ecclesiæ dotem obtulit competentem. Postea consecrato ibi Episcopo magistro Lupo, (m) Roderico Primate et Pontifice Toletano, aliquos redditus privilegio confirmavit, et Luce nam insuper dedit ei. Et tanta est urbis illius abundantia, amœnitas, et ubertas, quod, audito præconio tantæ urbis, ex omnibus Hispaniæ partibus habitatores et futuri incolæ, relictis natalibus sedibus, quasi ad regales nuptias cucurrerunt, et sic incolis continuo est repleta, quod domus habitatoribus, non habitatores domibus defecerunt. Et cum in opprobrium populi christiani campanæ Sancti Iacobi, quas, ut diximus, Almanzor detulerat in Cordubæ Mezquitam, dependerent functæ officio lampadum, Rex Fernandus easdem campanas fecit ad Ecclesiam beati Iacobi reportari, et Ecclesiæ beati Iacobi restitutæ sunt. Cum ceteris cymbalis bene sonantibus in Sanctis suis peregrinorum devotio laudat Deum. Stabilita igitur incolis et bellatoribus civitate, Rex Fernandus Toletum ad Reginam nobilem est reversus, quæ pari victoria iucundata, utpote quæ consilio et subsidio, licet absens, omnia procurarat, gratias cum lacrimis egit Deo, quod antiqua dignitas, ignavia Principum liturata, sui sollertia et studio

(k) Tol. et Al. diem.

(l) Compl. Domino immolarent.

(m) Compl. et Al. à Roderico Primate et Pontifice Toletano aliquos redditus. Tol. legit Rodericus Primas, et Pontifex Toletanus.

(j) Compl. et Al. Adam.

dio filii fuit Hispaniæ restituta. Hæc enim Regina nobilis Berengaria sic filium in bonis operibus enutrivit, quod bona studia quæ Regina nobilis, nullius virtutis oblita, nullius charismatis experts, ut lac mellifluum gratiis circumfusum, cordi eius influere non cessavit, nec umquam ab ubere pleno virtutibus ablaçtavit: et licet vir factus, in ætate roboris confirmatus, mater eius numquam cessavit, nec cessat, quæ Deo et hominibus sunt accepta, studio vigili suadere, quia nec umquam feminea, sed semper magnificentiæ opera persuasit. Hæc enim Regina nobilis tanto studio conservavit, et adeo dilatavit recepta charismata gratiarum, ut omnis ætas, omnis sexus, omnis conditio, omnis professio, omnis natio, omnis lingua affectum sentiat cum effectu, et virtutum fasciculo non partito, omnibus misericordiæ opera compartitur, et paternorum operum provida executrix, plus invenitur regni et rerum prodiga, quam virtutum, quam merito nostra tempora admirantur, ⁽ⁿ⁾ cui numquam similem, nec ^(o) moderna, nec patrum nostrorum tempora habuerunt. Pro qua Dominum exoremus, ut eam dignetur diutius conservare, et sibi profutura concedat, et bonis operibus abundare, donec felicem spiritum suo restituat Redemptori.

*De traductione secundæ uxoris
Reginæ Ioannæ.*

CAP. XVIII.

Et ne Regis pudicitia alienis

commerciis læderetur, Regina nobilis mater sua domicellam nobilem, generosam, ^(p) proneptem Regis Francorum illustrissimi Ludovici, filiam Simonis illustris Comitis de Pontino, et Mariæ illustris Comitissæ eiusdem, Ioannam nomine, procuravit in coniugem sibi dari, ^(q) Æra MCCLXXV. Burgis adveniens, more regali curia et nuptiis celebratis, ad Reginæ assumitur dignitatem. Hæc vero Regina pulchritudine, præstantia, et modestia sic floruit, ut in conspectu viri virtutibus gratiosa, coram Deo et hominibus sit accepta. Et suscepit ex ea filium qui dicitur Ferdinandus, et filiam parvulam quæ à proavia Alienor est vocata, et alium parvulum Ludovicum. Verum Rex Fernandus cum filiis suis Aldefonso et Fernando, qui tunc in flore adolescentiæ lætabantur, Cordubam est reversus, et in adventu suo multa castra Sarracenorum, ^(r) quæ Christianorum incursibus et intestinis cædibus longo tempore tabescebant, volentes colere pacifice terras suas, pactis interpositis, se Regis dominio tradiderunt. Tunc datæ sunt ei civitates et castra, quorum præsidia Christianis (ut diximus) investivit, et ab Arabibus tributa suscepit, et eorum nomina hic notantur: ^(s) Eciia, Almodovar, Luc, ^(t) Luxcena, Stepa, ^(u) Sede, et Fila, et multa alia, quorum nomina longum esset enumerare.

Hoc opusculum, ut scivi, et potui, consummavi, anno Incarnationis Domini MCCXLIII, Æra MCCLXXXI, anno vice-

^(p) Al. proneptam.

Æ. 1275.

^(q) Compl. et Al. quæ Æra MCCLXXV. Burgis adveniens.

^(r) Al. quæ eo tempore tabescebant, volentes pacifice terras possidere, pactis interpositis, se Regis dominio reddiderunt. Tol. legit supradictis interpositis.

^(s) Al. Oceya. ^(t) Compl. Luxcena. ^(u) Al. Site, et Fila.

Æ. 1281.

⁽ⁿ⁾ Al. cum.
^(o) Al. nostra.

simo sexto regni Regis Fernandi, quinta feria, pridie calendas Aprilis, anno pontificatus mei tricesimo tertio, Sede Apostolica ad-

huc vacante anno uno, mensibus octo, diebus decem, Gregorio Papa nono viam universae carnis ingresso.

EXPLICIT HISTORIA DE REBUS HISPANIAE.



MCCCLXXV
Anno Domini
MCCCLXXV
Anno Domini
MCCCLXXV
Anno Domini

(v) Al. dicitur
tempore inter-
dum a volente
partem tenent
partem, partem
interponit se
Regis dominio
restituunt.
Tot. legit in-
prohibet inter-
ponit.

(v) Al. dicitur
(v) Compl. dicitur
cum
(v) Al. dicitur
Billa

MCCCLXXI, anno vice-
si-
F. 1281.

(v) Al. cum
(v) Al. nona

RO-

RODERICI ARCHIEPISCOPI TOLETANI HISTORIA ROMANORUM.

PROLOGUS.

Quia direptiones Herculis, quas gens misera pertulit Hesperorum, in superioribus capitulis declaravi, quæ Romani, Vandali, et Suevi, Alani, et Silingui, et Arabes Mahometi, et qualiter Hispanias invaserunt, et quæ ei multiplicata supplicia addiderunt, prosequi dignum duxi. Romani quippe à Remo et Romulo, qui à Latinis exordium habuerunt, ab ipsis et urbe ^(a) dominari Latio inchoarunt: quorum Reges successionibus prosecutus usque ad eos qui Hispaniæ calamitatibus adiecerint, genealogiæ eulogia ^(b) supputavi, ut discat Hispania quæ Dei misericordiam perfunctorie vix attendit, à tot tempestatibus iam respirans, quantum debeat divine gratiæ inclinare: sed proh dolor! nec præterita memoratur, nec quæ accidere poterint, pertimescit. Principes etenim et potentes volitis et libitis involvuntur, et perturbato ordine rationis, enervant iudicii veritatem: et procuratis iniuriis, consuetudines violente pro iustitia inducuntur: et in partes iustitiæ advocati, id iustum iudicant, quod aures mulceat præsentis, et à summi Iudicis intuitu alieni, oculos suos in terram statuunt declinare: nec est qui pauperi condescendat, nisi familiari debito inducatur. Sed utinam Altissimus videat, et permittat, et non Hispaniæ miseriæ, sed facientibus imputetur: et non luat universitas oppressorum, quod meretur iniquitas dominorum, et ^(c) cesset indignatio Maiestatis, compatiens clamoribus paupertatis, qui faucibus præsentium ingeri non sinuntur, mediatorum rabie ^(d) præglutitis. Cum enim ceteræ mundi provinciæ certis angariis, seu ^(e) pangariis deducantur, Hispania misera incertis oppressionibus cruciatur, semper remanens inconsumpta, ut possit sæpius deperire, et consumptionis periculo reservari; et tot vulneribus sauciatur, quod à summis capitibus successiva voragine absorvetur: nec est ^(f) quo possit vocem attollere, cum inimici iudices dominantur, nisi quod ut bestia agri et area sitiens vociferatur, et vim patiens, sabaoth Domini pulsat aures: et utinam videat, et ut ceteras mundi partes Hispaniam iudicet, et prospiciat de excelso.

(b) Tol. supputam.

(a) Tol. dominati. Al. legit quia latini exordium habuerunt ab ipsis, et urbem dominari Latio inchoarunt.

(c) Tol. cessit.

(d) Tol. non habet præglutitis. Al. legit damni.
(e) Al. pangariis.

(f) Tol. quæ.

CAP. I.

De Regibus Latii.

Principium autem Regum Latii istud fuit. Ante initium regni Ro-

mani primus in Italia Ianus regnavit, cui ob magnæ providentiæ meritum duas facies depingebant, eo quod futura et præsentia prævidebat. Unde Persius:

O Iane, à tergo, quem nulla ciconia ^(a) pinsit.

(a) Tol. et Compl. pinsit.

Et inde Romani ei primum mensem in anni mensibus adscriperunt, eo quod in eo mense sol incipiat ascendere post solstitium hiemale, ut quasi medius inter tempora, bina facie tempus præteritum respiciat et futurum: et ideo est in computo Romanorum Ianuarius primus mensis, sicut Ianus principium ^(b) fuit Regum. Post Ianum regnavit Saturnus, qui primus regnaverat super Creta; sed

(b) Tol. regni fuit.

*Quis furor, o cives, quæ tanta licentia ferri,
Gentibus invisis Latium præbere cruorem?*

Et à Latio Latini dicuntur. Verum incolæ Tusciæ degebant non ut homines, sed ut bestię, sine domibus sine urbe, contenti solummodo caveis, tuguriis, et cellis, quas utcumque de frondibus et foliis arborum factitabant, et de fructibus silvestrium arborum

inde expulsus à filio suo Iove, in Italia est iactatus. Hunc gentiles primum Deorum, licet mendaciter, fabulantur; primus enim in hominibus Ninus Rex Assyriorum patri suo Belo Dei vocabulum usurpavit. Hic itaque Saturnus filium fugiens, aliquandiu latuit apud Tuscos, et ideo à latendo pars illa Tusciæ Latium dicta fuit. Unde Lucanus:

ut bestię victitabant: ipse vero se ruditati hominum postmodum manifestans, humani convictus docuit rationem et agriculturæ: commercium utile persuasit, effossionem etiam docuit metallorum: et ideo dicitur fabulose aurea sæcula ordinasse. Unde et Virgilius:

Iam redit et virgo, redeunt Saturnia regna.

(c) Compl. Et de eo.

(c) De eo alius Poeta:

*Primus Cretæis Saturnus venit ab oris,
Aurea per cunctas disponens sæcula terras.*

Et pro tantæ utilitatis beneficio incolæ bestiales, iam facti homines, eum super se Regem et Principem statuerunt. Ipse vero ex multitudine iam edocta construxit urbem in rupibus ^(d) sempiternis,

quam à suo nomine Saturniam appellavit, quæ nunc Sutrium esse fertur: et eum post mortem patrem Deorum omnium vocaverunt. Unde et Poeta:

(d) Tol. sempiternis.

Ipsa

Ipsa gaudet avo Superum generosa propago.

Post Saturnum regnavit Picus filius eius. Post Picum regnavit Faunus filius eius, à quo Dii bi-

cornes, ut ponit Ovidius, processerunt, de quibus dicit:

(a) Tol. *Anti-*
quas.

(a) *Aut quas Semideæ Dryades, Faunique bicornes
Numine contactas attonuere suo.*

Huius tempore Troia, à Græcis obtenta, incendio est consumpta.

tum hactenus dicebatur, de quibus Virgilius:

(b) Tol. hic et
infra *Lauren-*
tium.

Horum itaque regnum (b) Lauren-

(c) Compl. *is.*
(d) Tol. et
Compl. *mores*
composuit.
(e) Compl. *ta-*
tus.

(c) *Hic genus indocile, sparsumque in montibus altis*

(d) *Composuit, legesque dedit, Latiumque vocari*

Maluit, his quoniam latuisset (e) *tutus in oris.*

Post hunc regnavit Latinus, filius eius, à Latio sic vocatus. Huius mater fuit Carmentis quæ vulgare Latii emendavit, et Latinis litteras adinvenit, et ab isto, cessante Laurenti vocabulo, cœpit regnum vocari Latinum.

submersa, quorum interitu Æneas timuit interire; sed inter iniurias procellarum in Africa cepit portum, et dum dormiret, audivit in somnis: "Prius Didoni coniugio sociaberis, et post in Italiam reverteris." Cuius adventum cum Dido novisset, egressa obviam, datis muneribus, honoravit, et mirata Ascanii pulchritudinem, in concupiscentiam Æneæ exarsit, quem viderat in armorum decore præclarum; (g) et utriusque beneplacito accedente, mox in coniugem est assumpta, et Æneas Didonis coniugium, et Carthaginis dominium est adeptus, pollicens se cum ea perpetuo permansurum. Dido vero ante adventum Æneæ in templo quod fecerat, historiam descripserat Troianorum, quam Æneas intuens, doluit suæ gentis interitum divulgatum; et picturæ memoriam reputans verecundum, disposuit à Carthagine aberrare: (b) quod Dido præsentens, inquit illi:

CAP. II.

De adventu Æneæ in Italiam, et regno eius, et de Didone.

Verum quoniam post Latinum ab Ænea Reges Italiæ descenderunt, adventum eius in Italiam breviter prosequemur. Troia destructa, Æneas filius Veneris et Anchisæ, cum patre Anchise et Ascanio filio fuga navali ad Siciliam applicavit, ibique Anchise mortuo, cum Ascanio filio, Niso et Eurialo (f) vernis nobiles, et Achate armigero, et Palinuro nauclero cœpit in Africam navigare; sed infestæ periculo tempestatis naufragium vix evasit, nec damno caruit, una ex navibus cum Palinuro

timuit interire; sed inter iniurias procellarum in Africa cepit portum, et dum dormiret, audivit in somnis: "Prius Didoni coniugio sociaberis, et post in Italiam reverteris." Cuius adventum cum Dido novisset, egressa obviam, datis muneribus, honoravit, et mirata Ascanii pulchritudinem, in concupiscentiam Æneæ exarsit, quem viderat in armorum decore præclarum; (g) et utriusque beneplacito accedente, mox in coniugem est assumpta, et Æneas Didonis coniugium, et Carthaginis dominium est adeptus, pollicens se cum ea perpetuo permansurum. Dido vero ante adventum Æneæ in templo quod fecerat, historiam descripserat Troianorum, quam Æneas intuens, doluit suæ gentis interitum divulgatum; et picturæ memoriam reputans verecundum, disposuit à Carthagine aberrare: (b) quod Dido præsentens, inquit illi:

(g) Tol. non
habet et.

(f) In Tol.
deest *vernīs.*

(b) Tol. et ideo
præsentens.

*Certus es ire tamen, miseramque relinquere Dido,
Quaeque ubi sunt nescis, Itala regna sequi.
Quando erit ut condas instar Carthaginiis urbem?
Et videas populos altus ab arce tuos?*

(a) Tol. *fide.*
(b) Tol. *Sicilia.*
Sed fide et foedere violatis, iidem
venti, neglecta Didone, ^(a) fidem
et verba cum viro et navigio
detulerunt, et in ^(b) Siciliam re-
means, patris anniversarium cele-

(c) Compl.
et cetera: et
subiungit: *Nec
quia.*

(d) Tol. et Com-
pl. *movimus.*

*Sic ubi fata vocant, ^(c) udis abiectus in herbis,
Ad vada Mæandri concinit albus olor.
Nec, quia te nostra sperem prece posse moveri,
Alloquor, adverso ^(d) vovimus ista Deo.*

Deinde amoris incendium nequiens
sustinere, eidem prætulit incen-
dium actuale, et lignorum congerie

(e) Al. *Iam dabis.*

*Anna soror, soror Anna meæ male conscia culpæ,
^(e) Nunc dabis in cineres ultima dona meos.*

(f) Tol. *Amas-
ia.*
(g) Compl. *re-
feruntur.*

(h) Compl. et
Tol. *sese gene-
rum.*

His dictis, à summo arcis in pyram
igneam se proiecit, et consumpta,
illico expiravit. Carthago Didonis
tempore David, Carthago Hispani-
æ tempore Amasiæ regis ^(f) Iuda
conditæ ^(g) feruntur. Æneas vero à
Sicilia in Portuam civitatem La-
vini enavigavit, et civibus scisci-
tantibus quisnam esset, respondit
se esse Æneam, qui è Troia ve-
niens, iactatus fluctibus, applica-
rat: addidit etiam ^(h) se esse gene-
rum Priami, qui Rex fuerat Tro-
ianorum, seque Deorum oraculo
accepisse se in Italia regnaturum.
Cives autem verbum ut impossi-
bile reputarunt, Latini Regis po-
tentiam opposcentes. Cumque his
aliquantulum turbaretur, præ tristi-
tia factus segnis, decubuit dormitu-
rus, et accepit in somnis, ut Evan-
dri auxilia precaretur, qui in se-

bravit. Dido autem, incauto amo-
re succensa, Æneam epistolari al-
loquio salutavit, sicut Ovidius in
Heroidibus metricè declaravit, di-
cens:

comportata, ad pedem turris pyram
vastissimam fecit accendi, et his
verbis habitis ad sororem:

ptem montibus, ubi fuit post Ro-
ma condita, habitabat, ut eius
auxilio et Pallantis filii posset La-
tini et ⁽ⁱ⁾ generi sui Turni potentia
obviare: et ut credas, sicut nun-
cio, sic futurum, invenies sub ilice
albam suam cum triginta filiis ^(j) sui
coloris.

(i) Compl. *ge-
neris.*

(j) Tol. *suis.*

CAP. III.

De victoria Æneæ contra Latinum.

Surgens autem à ^(k) somnio, à Por-
tua cœpit proficisci, et ut revela-
tum fuerat, sic invenit, et ibi po-
stea civitatem condidit Albanorum.
Evander autem Æneam audiens
advenire, se ad prælium, æstimans
inimicum, præparavit: sed Æneas
ramum olivæ pertulit manu sua,
^(l) pacem præferens, quæ tali ramo
il-

(k) Compl.
sompno.

(l) In Tol. *deest
pacem.*

illis temporibus signabatur : et cum Evander pacis signaculum prospexisset, in occursum profectus est venientis, et amico gaudio amplexati, foedera firmaverunt, et simul etiam iucunda convivia peregerunt; quod Latinus audiens, ægre tulit: et vocavit generum suum Turnum, de quo se amplius confidebat, et misit eum contra Ascanium, qui in castello cum parte exercitus residebat; sed videns Ascanius Turni potentiam præeminere, percunctatur, si quis adesset, qui patri suo periculum nunciaret. Tum Nisus et Eurialus familiares Æneæ, qui unum de paribus amicitiae fuisse dicuntur, se legationis discrimini obtulerunt, et noctu ^(a) egredientes, Turni exercitum intraverunt; et cum viri exercitus sopore ^(b) ebrio tenerentur, Nisus et Eurialus plures ex eis furtiva audacia occiderunt, et galeam auream quæ cassis dicitur, abstulerunt: et diei nuncia apparente, cœpto itinere abierunt. Et cum in via Latini exercitum prospexissent, qui in Turni auxilia veniebat, ad silvæ densissimæ latebras confugerunt; sed cum ^(c) splendor aureæ galeæ, quam Eurialus gestabat in capite, opacas latebras ^(d) illustrasset, quos densitas occultarat, claritas revelavit, et à venientibus comprehensi, pœnali gladio decollantur, et Turno capita obtulerunt, qui præcepit ea proiici in municipium obsessorum; et tunc cœpit Ascanius aliquantum desperare. Dumque ad Æneam fatali relatu rumor obsidii pervenisset, assumptis suo et Evandri exercitu, ^(e) direxit acies contra Turnum, ^(f) et consertis agminibus, vicit eum; et Turnus fugiens, ivit

Laurentum, ubi socer eius Latinus tunc temporis consistebat. Æneas autem cum Pallante Evandri filio Laurentum obsessurus advenit. Latinus autem videns se victo genero minoratum, Mezentium et Camillam Reginam Amazonum ^(g) suscitavit, ut eum in casu discriminis adjuvarent: et precibus non frustratus, habuit in infelici ^(h) exitu adiutores, et cum Ænea et Pallante proelio restaurato, succubuit pars Latini: et dum Æneas et Mezentius sese congressu obvio ⁽ⁱ⁾ percussissent, Mezentius vulneratus, divertit ad fluvium, plagæ sanguinem lavaturus. Lausus autem, Mezentii filius, Æneæ se obtulit, ut paterni vulneris fieret vindicator: cui Æneas dicitur sic dixisse: "Quo periture venis?" et percussum, ^(j) continuo interfecit. Quod Mezentius non sustinens tolerare, cum Ænea iterum ^(k) congressum mutuum restauravit; sed Æneas primo equum, postea Mezentium ^(l) interfecit. In ipso etiam proelio occubuit regina Camilla. Ex parte autem Æneæ mortuus fuit Pallans, pro quo Æneas fuit inconsolabiliter contristatus; et campi victoria iam obtenta, fecit corpus Pallantis nobili funere deportari, et cum eo centum de prudentioribus ^(m) comitatus, qui Evandrum de morte filii solarentur. Videns Latinus sibi noxia, Æneæ prospera successisse, misit ad Diomedem Regem Græciæ, ut in eius auxilium adveniret. Sed Diomedes petitionem renuens, sic respondit: "Æneam de quo loqueris, ipse novi, nam cum ad ⁽ⁿ⁾ expugnandum Troiam ex Græcia venissemus, Æneas et Hector fortiter restite-

runt,

(g) Compl. suscitavit.

(h) Tol. exercitu.

(i) Compl. percussissent.

(j) Tol. omnino.

(k) A Tol. absunt hæc: congressum mutuum restauravit; sed Æneas primo equum, postea Mezentium.

(l) Tol. iter fecit.

(m) Tol. comitatus.

(n) Compl. expugnandam.

(a) Tol. agredientes.

(b) Tol. ebrius tenerentur.

(c) Tol. splendore.

(d) Tol. confugerant: quos densitas occultavit, claritas revelavit.

(e) Tol. duxit.
(f) Tol. cumque consertis.

»runt, et si tertium comparem ha-
»buissent, Troia forsitan non per-
»iisset.» His auditis, Latinus de
auxilio iam desperans, ad Æneam
pro pace nuncios destinavit. Et
Æneas dicitur respondisse: «Non
(a) Tol. nostro. »(a) meo consilio, nec meo proposi-
»to huc adveni, sed voluntas Super-
»rum me advexit.» Occiso Turno,
et Latino mortuo, Æneas Lavi-
niam, Turni sponsam et Latini
filiam, duxit uxorem, et Latino
successit in regno, et in Latio tan-
tum tribus annis regnavit, et ædi-
ficavit civitatem quam Albanum
à nomine suis albæ, ut diximus,
nominavit.

CAP. III.

De Ascanio et Regibus Albanorum.

Ænea mortuo, Ascanius, filius
eius ex Creusa, successit in regno.
Albanenses autem super Æneæ
tumulum acervum politorum la-
pidum magnæ altitudinis erexerunt,
quem memini me vidisse. Asca-
nius autem civitatem inceptam
sollicita diligentia ampliavit. Hic
Ascanius dictus fuit Iulus, à quo

..... *Tunc perdidit Albula nomen.*

Hic condidit Tibur, satis modi-
cam civitatem, quæ XII. ab ur-
be milliario adhuc exstat. Agrip-
pa Silvius filius eius regnavit an-
nis XL. Huius tempore fuit Ho-
merus Poeta. Aremulus Silvius
Agrippæ filius regnavit annis XVIII.
Aventinus Silvius filius eius regna-
vit annis XXXIV. Iste fuit in
monte sepultus, qui ab eius nomi-

descendit Iulia familia Romano-
rum. Lavinia autem, uxor Æneæ,
post mortem eius peperit filium
quem Posthumum appellavit, quia,
mortuo patre, natus; quem Asca-
nius fraterno amore dulciter enu-
trivit. Post hæc Ascanius genuit
filium, quem Iulium appellavit.
Mortuus autem est Ascanius, cum
regnasset annis XXXVIII, et (b) di-
misit regnum Posthumo fratri suo;
et quia iste Posthumus in silva
nutritus, Silvius fuit dictus, et ab
eo Reges alii Albanorum fuerunt
Silvii nominati. Post hunc Æneas
Silvius filius eius regnavit annis
XXXI. Post mortem eius Latinus
Silvius filius eius annis L. Post
mortem eius Alba Silvius filius
eius regnavit annis XXXVIII.
Post hunc Ægyptus Silvius filius
(c) eius regnavit annis (d) XXIII.
Capys Silvius filius eius regnavit
annis XXVIII. Iste à nomine suo
ædificavit in Campania (e) Capuam
civitatem. Carpentus Silvius filius
eius regnavit annis XIII. Tiberius
Carpentarius filius eius regnavit
annis IX. Hic cadens in flumen
qui Albula dicebatur, fuit extin-
ctus, et fluvius ab eo (f) Tiberis fuit
dictus postea. Unde Virgilius:

..... *Tunc perdidit Albula nomen.*

ne dicitur (g) Aventinus. (b) Procas
Silvius filius eius regnavit annis
(i) XXIII. (j) Amulius Silvius fi-
lius eius regnavit annis XLIII.
Iste fratrem suum Numitorem à
regno expulit, et privatis rebus
providere coegit. Rhea Silvia, quæ
Ilia dicta fuit, Numitoris filia, in
templo Vestæ virgo est dedicata,
quam postea Mars arripuit à lu-
dis

(a) Tol. nostro.

(b) Tol. divisit.

(c) In Tol. deest eius.

(d) Tol. XXXVII.

(e) Tol. Capyam.

(f) Tol. Tiberius.

(g) Compl. Aventinus.

(b) Compl. Procas.

(i) Tol. XXXIII.

(j) Tol. non habet Amulius Silvius filius eius regnavit annis XLIII.

dis consularibus Sabinorum, et ex ea Remum et Romulum generavit: quos, eo quod sacrilego concubitu genuisset, in ripa Tiberis abiecerunt; matrem vero incendio consumpserunt, ut iustitia eius temporis exigebat. Pastor autem de gregibus Regis, Faustulus nomine, cum parvulos expositos in ripa fluminis invenisset, ad Accam Laurentiam uxorem suam detulit nutriendos. Verum quia Acca erat pulcherrima, et sui corporis liberalis, infami lucro pecuniis abundabat: et ob impudentiam Lupa ab indigenis dicebatur, et tuguria quæ turpi commercio faciebat, à Lupa lupanaria fuerunt dicta. Cum autem Remus et Romulus adollescent, prædæ et latrocinii crudelibus studiis se dederunt, et similibus conciliabula adsciscentes, cœperunt cum sua multitudine prævalere; et Albanorum civitatem ingressi, Regem Amulium qui Numitorem, avum eorum maternum, de regno expulerat, peremerunt, et Numitorem regno restituerunt. Remus autem et Romulus, cum essent annorum octodecim, civitatem modicam ædificaverunt in monte qui dicitur Palatinus. Cumque ad eos adveniret multitudo maxima populorum, ut

in populos crescerent potiores, cogitarunt templum immunitatis construere, ad quod veniens quilibet, salvaretur, et propter tantæ impunitatis asylum ad hoc templum iniuriosi et rei ex omni Italia veniebant: cumque in tanta multitudine non conclusa nullius ordo iudicii servaretur, statuerunt urbis ambitum dilatare, ut muro quantumlibet modicum elevato, qui alias quam per portam præsumeret introire, mortis sententiæ subiaceret. Primo igitur anno Achaz Regis ^(a) Iuda, undecimo calendas Maii, Remus et Romulus Romæ urbis primarium ^(b) lapidem posuerunt, et usque ad ^(c) apoditionem muris in circuitu vix erectis, Remus plebiscitum fratris et populi non attendens, ut agilitatem ostenderet, ^(d) per murum interius insilivit, et scandalo in populo excitato, ^(e) omnes transgressionis iniuriam causabantur; sed Favius qui erat dux Romuli, eius consilio persuasus, Remum morti, concione habita, condemnavit, et pastoralis rastro distractus, continuo expiravit, anno tertio ab urbe condita: cui prævaricatio et fraterna factio causam dedit, de quo Poeta ^(f):

Fraterno primum maduerunt sanguine muri.

CAP. V.

De creatione Senatorum et militum, et Regibus Romanorum.

Tum Romulus centum senes elegit, quorum consilio crescentis urbis negotia procuraret; et quia senes, dicti fuerunt exinde Senato-

res: et alii eos Patres vocabant. Post hæc, quia bellis indesinentibus à vicinis gentibus tentabantur, elegit mille de his qui clariores in populo habebantur, ut inimicis insultibus militari resisterent apparatu; et quia à millenario inceperunt, tali officio deputati, milites ap-

(a) Tol. Iuda.

(b) In Tol. deest lapidem.

(c) Compl. apoditionem.

(d) Tol. murum inscius insiluit.

(e) Tol. omnis.

(f) Tol. Lucanus.

appellantur : cumque tam ipsum, quam urbis populum uxorum inopia minoraret, Sabinis festivitatem agentibus, et uxores et filias ad gaudia deducantibus, in eas ^(a) insiliit Romulus cum suæ populo civitatis, et iuxta placitum apprehensas, iocunda spolia redixerunt. Tunc omnes principatus Italiæ, Sabinorum dedecus proprium reputantes, cœperunt contra Romanorum potentiam dimicare; sed Romulus cum sceleratorum multitudine superavit. Cumque ex vicino Romanis et Sabinis insidiæ pararentur, et Romulus plus quieti, quam periculis inhiaret, ^(b) amicitias cum Sabinorum duce Tito Tatius procuravit, ita ut in Sabinis Romulus cum Tatius conregnaret, et Sabini unus essent populus cum Romanis, et ut Romani sibi agnomen imponerent à Sabinis, et Sabini similiter à Romanis; et quia longa hasta lingua Sabinica quirita dicitur, Quirites Romulus fuit dictus: à quo et alii Romani Quirites. Hic Romulus sceleratorum manum, promissa impunitate, collegit: Numitorem avum maternum, quem regno restituerat, ut regnum arriperet, interfecit: Amulium fratrem avi extinxit: Remum fratrem parricida occidit: socerum in templo vita privavit: Titum Tatium, amicitia foederatum, fallax peremit. Itaque regnum avi, murum fratris, templum soceri, fidem amici sanguine maculavit. Regnavit autem annis XXXVIII. Et cum ad ^(c) quamdam paludem, quæ Capra dicitur, abiisset, quo interitu absumptus fuerit, ignoratur. Hic templa et muros urbis extruxit. Post mortem eius Sena-

tores ^(d) quinque diebus usque ad unum annum rexerunt populum civitatis, et iste annus dictus est interregnum. Post hunc annum regnavit Numa Pompilius. Iste fuit vir sapiens, et in regimine circumspectus: cumque vidisset homines à iustitia aberrare, et post vitia ^(e) evagari, cum intellectu naturæ invisibilia ^(f) percepisset, et intellexisset divinam essentiam à loco aliquo non abesse, docuit homines locum quemlibet proprio Deo regi, ut præsentiam numinis metuentes, ubique à vitiis abstererent: quod tamen fuit ad idolatriæ incrementum. Exinde enim dicti fuerunt ^(g) Deus horti, Deus nemoris, et cetera numina ^(h) ruris specialia vocabula habuerunt. Hic ⁽ⁱ⁾ primus invenit monetam, et numos à suo nomine appellavit; et expletis in regno quadraginta uno annis, vitam finivit. Eius tempore Pythagoras Philosophus celebris habebatur. Post hunc ^(j) Tullus Hostilius regnavit annis XXXII. Hic inter reges Romanos ^(k) primus purpura et fascibus fuit usus: et urbem, addito monte Cœlio, ampliavit. Hic cum domo sua ictu fulminis fuit ustus. Huius tempore Pausanias Rex Spartanorum condidit Byzantium civitatem, quæ à Constantino Imperatore postea ampliata, Constantinopolis fuit dicta. Post hunc regnavit Ancus Martius annis ^(l) XXXIII. Post hunc Tarquinius Priscus annis XXVII. Huius tempore Massilia fuit condita. Post hunc Servius Tullius annis ^(m) XXXIV. Huius tempore Nabuchodonosor cepit Ierusalem, et templum incendit. Post hunc regnavit Tarquinius Superbus an-

(a) Tol. insiluit Romulus cum suo populo civitatis.

(b) Tol. amicitiam cum Romanorum duce Tito Tatius procuravit, ut in Sabinis ita Romulus cum Tatius conregnaret, et Sabinorum unus essent.

(c) Tol. quantum paludem quæ Caprea.

(d) Tol. quibus.

(e) Tol. evagare.

(f) Tol. percepisset.

(g) Compl. et Tol. Diis horti, Diis nemoris.

(h) Tol. certis spiritualia vocabula.

(i) Tol. prius.

(j) Tol. Tullius Hostilius.

(k) Tol. fascibus et purpura fuit usus.

(l) In Tol. desunt ista: XXXIII. Post hunc Tarquinius Priscus annis.

(m) Tol. XXIV.

annis XXXV : et fiunt per Reges ab urbe condita anni CCXLI.

CAP. VI.

De creatione Consulum Romanorum.

Et cum propter insolentiam Tarquinii Superbi, Regis Romani, senatui populoque Romano Regum præ eminentia displiceret, Consules elegerunt, qui sua sapientia statum Reipublicæ gubernarent: quorum regimen CCCC^(a)LXIII. annis legitur durasse. Primi Consules fuere Brutus et Collatinus: post ^(b) hos Decemviri constituti. Post ^(c) hos Camillus Consul: post hunc Quintus Dictator: post hunc ^(d) Papirius: post hunc Manlius, et Regulus: post hos P. Cornelius Scipio: post hunc Fabius Maximus Dictator: post hunc L.^(e) Æmilius Paulus, et

Claudius accuset mæchos

Res ergo publica CCCCLXIII. annis felici regimine adolevit, et plurima bella gessit. Anno CCCI. ab urbe condita, potestas Consulum fuit tradita Decemviris, et censu habito, inventa sunt CXVIII. millia, et CCXIX. capita civium Romanorum. Anno ab urbe condita CCCXLIV, Galli Senones ^(l) Romam ducē Bremio invaserunt, et totam, excepto capitolio, incenderunt, et plurimos trucidantes, sex mensibus vastaverunt, et eos qui ad capitolium ^(m) confugerant, obsederunt, eosque fame, peste, desperatione, et formidine ⁽ⁿ⁾ subegerunt, et mille libras auri pro quolibet pretium statuerunt. Anno ab urbe condita CCCC, Philippus

P. Varo: ^(f) post hos Lævius, et Marcellus: post hos Claudius Nero, et Marcus: post hos Publius Scipio: post hunc Publius Scipio Africanus filius eius: post hunc Publius Scipio Nasica: post hunc Posthumus, et Marcellus: post ^(g) hos Marius, et ^(b) Cneus Mallius: post ^(e) hos Sylla: post hunc M. Tullius Cicero: post hunc Pompeius, et Brutus, et Crassus: post hos C. Cæsar solus. Hi singulis annis Reipublicæ providerunt per annos CCCC^(j)LXIII: et hi omnes insignia aliqua peregerunt, et suis temporibus multa alia sorte varia acciderunt. ^(k) Temporibus Papirii Consulis acciderunt prælia Alexandri: temporibus Scipionum bella Punica cessaverunt: temporibus Marii Iugurthinum: temporibus M. Tullii Catilinarium, de quo Iuvenalis: *Catilina Cethegum.*

filius Amyntæ, pater Alexandri, regnum Macedonum est adeptus, et XXV. annis regnavit. Tum clarissimus Alexander, gurgis excidiorum, Philippi filius, fuit natus. ^(o) Aristoteles ætatis annum XVIII. tunc agebat. Anno ab urbe condita CCCCXXVI, Alexander patri Philippo successit in regno.

CAP. VII.

De Annibale et Asdrubale Regibus Pœnorum, et destructione Seguntia, et strage Romanorum.

Anno autem ab urbe condita DXXXIII, à creatione vero Consulum anno CCXCIII,

^(f) In MS. Tol. desiderantur sequentia: post hos Lævius, et Marcellus: post hos Claudius Nero et Marcus: post hos Publius Scipio: post hunc Publius Scipio Africanus filius eius: post hunc Publius Scipio Nasica: post hunc Posthumus et Marcellus. ^(g) Tol. hunc. ^(b) Compl. Gneius. ⁽ⁱ⁾ Tol. hunc.

^(j) Tol. XLIII.

^(k) Tol. non habet temporibus Papirii Consulis acciderunt.

^(o) Tol. Aristotelis ætate.

^(a) Tol. XLIII.

^(b) Tol. hæc.

^(c) Tol. hoc.

^(d) Compl. Paupirius.

^(e) Tol. habet.

^(l) Tol. duce Brevio.

^(m) Tol. confugerunt.

⁽ⁿ⁾ Tol. subiecerunt.

Ee Amil-

Amilcaris Rex Afrorum, qui de genere Annæ sororis Didonis processerat, antiquum dedecus remiscens, filium suum^(a) Annibalem, nonum annum ætatis agentem, fecit iurare, ut cum primum ad ætatem potentæ perveniret, Romanos pro viribus infestaret, nec unquam pacificus illis esset: qui cum ad ætatis suæ^(b) annum vicesimum pervenisset, cœpit Hispanias infestare, et multis cædibus laceratas, fere suo imperio subiugavit, et^(c) Seguntiam, nobilem Hispaniæ civitatem, Romani populi tunc amicam, quæ nunc Medina Cœlim vulgariter appellatur, in odium Romanorum obsidione

(a) In Tol. deest Annibalem.

(b) In Tol. deest annum.

(c) Compl. hic et alibi Segontiam.

(d) Tol. non habet *fervet commissa lagena.*

(e) In Tol. deest Segontia.

(f) In Tol. deest et.

(p) Tol. cepisset.

(q) Tol. cepisset.

(r) Tol. cepisset.

(s) Tol. cepisset.

(t) Tol. cepisset.

(u) Tol. cepisset.

(v) Tol. cepisset.

(w) Tol. cepisset.

(x) Tol. cepisset.

(y) Tol. cepisset.

(z) Tol. cepisset.

(aa) Tol. cepisset.

(ab) Tol. cepisset.

(ac) Tol. cepisset.

(ad) Tol. cepisset.

(ae) Tol. cepisset.

(af) Tol. cepisset.

(ag) Tol. cepisset.

diutina coarctavit; et tamdiu oppugnationibus laceravit, ut cogentur cibos vetitos attentare, quibus fere deficientibus, fame, non proelio lacesiti, patres imbelles, mulieres, et parvulos peremerunt, ne vitæ servati, servi fierent, quos libertatis titulus hactenus adornarat. Demum ipsi proelio se dederunt, et plures ex obsessoribus occiderunt, et extincti ab hostibus, cum extinctis patribus liberi decesserunt: de quibus Tullius in Paradoxis: "Numquid Segontini par-
"ricidæ fuerunt, qui patres suos
"liberos emori, quam servos vi-
"vere maluerunt?" De hoc et Iuvenalis:

Pugna Seguntina^(d) fervet commissa lagena.

ginta quattuor millia ceciderunt, et^(b) Varro Consul cum quinquaginta equitibus⁽ⁱ⁾ Venusium fugiens, vix evasit.

CAP. VIII.

Item de victoriis Annibalis et Asdrubalis, deque victoriis Scipionis.

Anno ab urbe condita DXL, ætatis vero^(j) suæ vicesimo sexto, Annibal Rex Pœnorum in signum victoriarum tres^(k) modios annulorum, quos ex digitis præciderat Romanorum, Carthaginem destinavit: et tunc Roma bellis plurimis intercepta, quinque principaliter sumpsit bella: unum in Macedoniam contra Philippum: aliud in Sardinia contra Sardos: aliud in Sicilia, in quo Claudius Marcellus obtinuit Syracusam: aliud contra Annibalem, à qua Italia premebatur: aliud contra Asdrubalem fra-

(a) Tol. deest.

(b) Tol. deest.

(c) Tol. deest.

(d) Tol. deest.

(e) Compl.

(f) post hoc.

(g) post hoc.

(h) post hoc.

(i) Compl. Varo.

(j) Tol. Vene-

(k) sium.

(l) sium.

(m) sium.

(n) sium.

(o) sium.

(p) sium.

(q) sium.

(r) sium.

(s) sium.

(t) sium.

(u) sium.

(v) sium.

(w) sium.

(x) sium.

(y) sium.

(z) sium.

fratrem eius, qui illud modicum quod in Hispaniis vix evaserat ab Annibale omnia devastante, quasi erucæ, ^(a) bruci, attelabi, et locustæ pestilentia consumebat. Contra quem Consules exercitum repararunt, et missis fratribus Scipionis cum exercitu, Asdrubali advenerunt. Ille autem, ut erat pertinax, illis occurrens, ^(b) victos prælio, interfecit, cæsis ab exercitu multis milibus Romanorum. Hi autem qui evadere potuerunt, fugerunt ad municipia Romanorum, quæ iam in Hispaniis possidebant. Asdrubal autem in Hispania ^(c) residens, ut locusta, quod residuum fuerat, devastabat. Cives autem Romani, desperationis voragine iam absorpti, de auxilio desperabant, eo quod Roma sic ab Annibale esset pressa, ut potius cedere, quam resistere cogitarent. Verum Scipio adolescens, viginti quattuor ^(d) habens annos, patrem et patruos cupiens vindicare, ab urbe ad mare meatus subterraneos fecit fodi, per quos Romani improvisis in statione navium advenerunt, et de exercitu custodiæ navium deputato pluribus interfectis, cum apparatu et navibus in Hispaniam navigavit, et ^(e) applicatis ad litus citerioris Carthagini, eam cepit, et procedens contra Asdrubalem, victum strenue effugavit, et usque ad octoginta civitates et oppida, aut deditione, aut bello, Romano dominio acquisivit: et fere tota Hispania suis victoriis incurvata, Romam rediit cum triumpho, ubi ad consulatus apicem elevatus, continuo disposuit in Africam transfretare, ducens secum exercitum copiosum, vexillis et insigniis gloriosum.

CAP. IX.

De destructione Carthagini per Scipionem.

Cumque Carthaginenses vela venientia eminus prospexissent, iocundo occurso, demum flebili occurrerunt, putantes Annibalem, Romanis domitis, cum victoria advenire; sed re votiva in contrarium accidente, Hanno qui vice Annibalis præerat Africanis, capescere cœpit arma, ut resisteret venienti: sed bello acerrimo interceptus, ipse cum cæsis occubuit interfectus, et prostratis incolis, pluribus interfectis, pluribus captivatis, obsidione Scipio Carthaginem circumclusit. Obsessi autem verentes eversionem, Asdrubali nunciarunt, ut fratris copiis iungeretur, et ambo fierent obsessæ Carthagini in succursum. Asdrubal autem, procuratis auxiliis Hispanorum et aliquibus ^(f) Galliarum, cœpit ad Annibalem proficisci, sed à Romano exercitu, Annibale ignorante, in Liguria est præventus, et capite mutilatus. Caput autem eius Romani ferentes, ante castra Annibalis proiecerunt. Quod videns Annibal, et Pœnorum cognita tempestate, deliberavit Africæ subvenire, et eiulans, et ^(g) invitus, reliquit Italiam anno ^(h) XXII, quo eam cœperat obtinere; et navigans in Carthaginem, Scipioni se obtulit improvisus. Et bello gravissimo inchoato, pars Annibalis est prostrata, cæsis et interfectis fere omnibus qui cum Annibale adventarant. Annibal autem inter discrimina concertantium vix evasit, et in Bithyniam fugax venit: ubi à Romanorum exercitu

^(a) Tol. bruti.^(b) Tol. victus.^(c) Tol. desidens.^(d) Tol. annos natus.^(e) Compl. et Al. applicans.^(f) Tol. Galliarum.^(g) Tol. iuratus.^(h) Compl. XVII.

iterum impetitus, desperatis rebus, veneni poculo se necavit. Scipio vero post totam fere Africam subiugatam, immo verius devastatam, iteratam obsidionem Carthagini reparavit, et eam diutinis ^(a) cædibus impugnavit, et tot incursibus laceravit, ut deposito principatu, potius eligeret destrui, quam redivivis calamitatibus reservari. Cepit itaque civitatem, et solo, dirutam, adæquavit, et incensam, redegit in cinerem et favillam, habentem à conditione sua DCCXXXVII. annos, et dies XVII: et sic ^(b) evertit, ut non tantum præsentia, sed in ea futura bella deleret; et exinde dictus fuit Scipio Africanus: et regno deleto, facta est Africa provincia Romanorum: et bello duplici gloriosus, Pœnico videlicet et Hispano, Romam revertitur, de nobilioribus Carthaginis secum ducens, quos libertati donatos, in regionem trans Tiberim collocavit, et in cives Romanos à senatu et populo sunt recepti: quorum progenies adhuc hodie suam originem ^(c) recognoscit. Duxit etiam Terentium Comicum, qui libertatis adeptæ, suscepto pileo, titulum præferebat. Verum quia gens Hispana, quiescere nescia, rebellionem contra Romanos denuo suscitavit, iterum veniens Scipio Africanus, maiora prioribus exterminia restauravit, et iterata rebellio iterata supplicia degustavit, et cædibus et incursibus sic totam Hispaniam devastavit,

(a) Tol. sedibus oppugnavit.

(b) Tol. evertit.

(c) Tol. recognoscunt.

^(d) ut excidia Herculis pro dulcedine memorarent. Demum cum per omnes Hispaniarum angulos discurreret consumendo, in finibus Gallæciæ morte propria est consumptus, et ibi sepultus in tumulo, qui adhuc exstat inscriptus: *Tumulus Scipionis*. De laudibus Scipionis Tullius ^(e) in libro de Amicitia prosequitur eleganter: eum commemorans virum multarum fuisse virtutum, et à C. Lælio Scævola socero multipliciter commendatum, et præcipue in liberalitate et curialitate, in iustitia et pietate, in fide amicitia, et studio Reipublicæ; et inter ceteras eius laudes dicit: quod Consularis dignitas ei accidit ante tempus, sed Reipublicæ ^(f) sero venit: et quod duas Carthagines inimicas Reipublicæ evertisset.

(d) Tol. et cædibus Herculis.

(e) Tol. libro de Amicitia eleganter.

(f) Tol. pæne sero.

CAP. X.

De Pompeio et Iulio Cesare.

Demum cum Pompeius consulari præeminentia ^(g) fungeretur, nolens ^(h) Hispaniam, obductis cicatricibus, respirare, profectionem in Hispaniam procuravit, et quod evaserat à gladio Scipionis, ⁽ⁱ⁾ consumptrix feralitas dissipavit, obtentisque munitionibus, et incolis subiugatis, Sextum et ^(j) Cneum Pompeium filios cum aliis nobilibus Romanorum præfecit reliquiis Hispanorum. Ipse vero Romam rediens, pro obtenta Hispania gloriosus, parem non poterat sustinere. Unde et Lucanus:

(g) Tol. fulgeret.

(h) Tol. Hispania.

(i) Tol. consumens.

(j) Tol. et Compl. non habent Cneum.

*Nec quemquam sufferre potest Cesare priorem,
Pompeiusve parem.....*

Ex adverso autem C. Iulius Cæsar eius gener, qui ab Ænea per Iuliam

liam familiam descendebat, priorem non poterat tolerare: et hoc discidio Respublica conturbata, variis studiis trahebatur: et quia Pompeius iam Hispaniam subiugarat, coepit aspirare ad imperium Orientis. Iulius autem, cum multis fautoribus abundaret, coepit Pompeii propositum impedire, et ^(a)sibi singulare dominium procurare; sed moderatione aliqua mediante, Iulio Cæsari quattuor provinciæ fuerunt specialiter adsignatæ, videlicet Gallia Transalpina, ^(b) et Gallia Cisalpina, in qua sunt Mantua, et Verona, Brixia, ^(c) Bergomum, atque Cuma: quæ olim à Gallicis occupatæ, Cisalpina Gallia ^(d) sunt vocatæ: necnon et Gallia Comata, quæ à Gallis Gothicis et Vasconibus habitatur. Verior tamen antiquorum historia protestatur, non ab alpibus Cæsaris, sed ab alpibus quibus Lugdunia et ulterior Gallia separantur, Cisalpinam et Transalpinam provincias esse dictas: et videtur esse probabile, eo quod Cæsar Iulius Gallos, et Germanos, et etiam Britones quibus incognitum nomen extiterat Romanorum, tributarios fecit esse: et inde Romam rediens, gloriosis acclamationibus est receptus; sed audiens Pompeio accrescere prospera in partibus Orientis, ipse Tyrrena litora penetravit, ut ^(e) Pompeii prospera perturbaret. Cumque ^(f) Dyrrhachium advenisset, quæ iam Pompeii imperio serviebat, adventus Pompeii accidit ex adverso: et cum, collatis signis, bella mutua efferverent, Iulius inferior est repertus, ut Paulus Orosius attestatur: qui cum pedis ^(g) retrograda vestigia ignoraret, ad eam

quæ Thessalia dicitur, provinciam se convertit, in qua Pompeii potentia specialius efflorescit: et reparato exercitu, cum his qui in ^(b) Syriam navigarant, cum Pompeio iterum in campis Emathiis concertavit; sed quia Pompeius ante ista in Ierusalem templum Domini profanarat, qui hactenus fuerat victor, miserabiliter fuit victus: et inde fugiens in Thessaliam, anno duodecimo ante Æram conditam, scilicet nono anno ante regnum Octaviani Augusti, reparato exercitu, bellum etiam reparavit, et in hoc exercitu Gothi, Æthiopes, ⁽ⁱ⁾ Indi, Persæ, Medi, Græci, Armeni, Scythæ, ac reliquæ Orientis gentes in Pompeii auxilium advennerunt. Cumque adinvicem decertassent, Gothi ceteris fortius restiterunt; quorum Cæsar virtute et copia conturbatus, fertur fugæ ignominiam cogitasse, nisi noctis subsidium timori ^(j) et proelio succurrisset, et sequenti die metu in invicem compartito, exercitus ab invicem recesserunt. Tunc Cæsar ait: Nec Pompeium scire vincere, nec Cæsarem posse vinci. Nam si Pompeius ^(k) vincere nosset, hodie cum tam asperrimis ^(l) viris Cæsarem superasset. Sed paucis diebus postmodum interiectis, impatentia cupidæ potestatis bella civilia reparavit, et victus Pompeius, à solita victoria alienus, et à Thessalia effugatus, ivit ad Ptolemæum Dionysium Regem Ægypti, auxilium petiturus: sed ut erat versutus, timuit quod si tantum Principem liberaret, posset in sui terminium redundare. Romani enim, quos primo amicitia allegerunt, in servitutem postmodum re-

(a) Tol. sæculi
singulare.

(b) Tol. non
habet et Gallia
Cisalpinga.
(c) Compl. Ber-
gamum.

(d) Tol. est vo-
cata.

(e) Tol. Pom-
peius.

(f) Compl. Du-
ratium.

(g) Compl. re-
trogradi.

(b) Tol. Scy-
thiam.

(i) Tol. Iudæi.

(j) In Tol. deest
et.

(k) Tol. vicem.

(l) Tol. raris.

redēgerunt; et cum Pompeium ad convivium invitasset, inter epulas interfecit. Iulius autem Cæsar, Pompeii fugam magnanimitèr insecutus, regnum adiit Ptolemæi, et audiens Ptolemæus, timore sollicitus, prætendebat se causa Cæsaris hoc fecisse, et regnum Cæsari promittebat, et ad familiares delicias invitabat, ut ^(a) sicut Pompeium, sic dolo Cæsarem faceret interire. Sed Cæsar oblatae fidei foedera recusavit, suspitione calumnians ^(b) Ptolemæum. Ptolemæus autem intelligi se coniciens, contra Cæsarem movit bellum: sed Cæsaris victoria comprehensus, mortem sustinuit, ^(c) quam pararat. Hic Ptolemæus habuit filiam Cleopatram, et filium Ptolemæum. Cleopatra autem, patre occiso, ^(d) proprio fratri nupsit, ut regni particeps conregnaret. Sed cum Cæsar Alexandriam obsedisset, occurrit ei, fratrem virum moliens defraudare, et per speciem ^(e) et stuprum regnum sibi, et necem fratri à Iulio Cæsare

(a) Tol. sic.

(b) Compl. semper Ptolemæus.

(c) Tol. quoniam paratam.

(d) Tol. fratri nupsit.

(e) Al. et per stuprum.

(m) Tol. tertia serenitas.

(n) Tol. rursus intra fines.

impetravit. Cæsar autem, negotiis ^(f) Syriæ ordinatis, et nepotes Pompeii, et filiam ^(g) Pompeiam iussit occidi, et Alexandriae intrans mare, aura placida venit Romam, et factus est Consul ^(h) quarta vice. Ubi aliquandiu demoratus, et statu Republicæ ordinato, in Hispaniam est profectus, contra Cneum et Sextum Pompeii filios pugnaturus, et septima die qua urbem exierat, pervenit ⁽ⁱ⁾ Seguntum, Hispaniæ oppidum, quod, nomine mutato, dicitur nunc Almanarum; et patet ex eo, quia vallis eiusdem oppidi vallis Segunti ab antiquo nomine nuncupatur: quia si de Seguntia civitate ^(j) quæ extat, vel Medina Coelim, quæ creditur fuisse Seguntia propter magnitudinem et ædificiorum vestigia quæ apparent, quantumlibet veloci navigio, possibile vix videtur. Tamen ^(k) aliqui libri habent decimo septimo die pervenit Seguntum; ^(l) inde Hispanias plurimis cædibus discurrebat, ut dicit Lucanus:

(f) Tol. Scythiæ.
(g) Tol. Pompeii.

(h) Tol. quartum.

(i) Compl. hic et infra Segontum.

(j) Tol. non habet quæ extat.

(k) Tol. antiqui libri.
(l) Tol. in Hispaniis.

*Cæsar in arma furens, nullas, nisi sanguine fuso,
Gaudet habere vias.*

Et Bruto sub eo Massiliam impugnante, cum Iulius Cæsar venisset Ilerdam, qui intus inerant, restiterunt. Petreius enim et Afranius, sub Pompeio in Hispania conregnantes, eam armis communibus tuebantur: sed plurimis hibernarum inundationibus pluviarum Sicoris intumescens latitudine non sueta, distulit diu bellum. Ut autem ^(m) verna serenitas densitatem nubium effugavit, et fluvius ⁽ⁿ⁾ nominatus intra fines alvei se recepit, Cæsar amnem classe viminea per-

transivit, et dictos duces ad opes finium montanorum fuga celeri festinantes, cursu promptissimo præpedivit, et eosdem cum suis exercitibus universis intra cuiusdam arentis vallis angustias coarctavit, ^(o) ubi siti acerbissima tam duces, quam exercitus perurgente, vitam propriam abhorrentes, Martem lacessere tentaverunt, ut sitis acerbiter mortis compendio terminarent. Quod Cæsar intelligens, eis honestam mortem sagaciter devia-

(o) Tol. ut isti

na-

naciter cohibendo , donec hostibus impetrare , ne in partes de cetero tepesceret iræ fervor , et animis traherentur , sed solum essent bel- languentibus , arma dimitterent , et lorum civilium spectatores : quod etiam in eiusdem Lucani lib.6. se offerrent. Quo peracto , duces tangitur , ubi dicit : miserabiles meruerunt à Cæsare

(a) Tol. Hispania ne...

Non Uticæ , Libyæ clades , (a) Hispania Munda Flessit.

Inde procedens adversus filios Pompeii , et T.Labienum , et Accium Varum , plurima varia sorte bella gessit. Interim autem infelix Hispania , quidquid Principes delirabant , misera plectebatur. Ultimo autem Cæsar cum Pompeianis iuxta Mundam fluvium est congressus , et adeo fuit acriter dimicatum , ut imminentis mortis prævenire supplicium cogitaret , cum videret exercitum cedere Pompeianis , et qui iam quinquaginta sex annis victor extiterat , in manus hostium non veniret : sed populo suo ad se reverso , pugnam fortius restauravit , et Sextus filius Pompeii maior (b) fuit fugiens interfectus: Cneus cum centeno milite vix evasit. T.Labienus et Accius Varus vita et fugæ subsidio caruerunt. Faustus et Sylla , iubente Cæsare , trucidantur. Semetipsos T. Torquatus et Scipio iugularunt. Cato fautor Pompeii , ne Cæsari subiaceret , audita strage , apud Uticam se occidit. Munda civitas immensa cæde

(b) Tol. non habet fuit.

(c) Compl. et Tol. quæ primo dum à septem publicis mulieribus.

(d) Tol. non habet fuit.

hominum cruentata , oppugnante (c) Cæsare , vix est capta. (d) Quæ fuerit Munda civitas ignoratur : ab aliquibus dicitur esse Conimbria , quæ à Mundego fluvio dicta Munda , postea à Cæsare Conimbria fuit dicta , eo quod incolæ , (e) acti pugna , civitatem Cæsari conniverunt : unde et à conniventia Conimbria nomen habet , et Mondego dicitur , quasi Mundam agens. Alii relationibus inhærentes , dicunt Mundam eum fluvium quem nunc dicimus Durationem , et Septempublicam esse Mundam : (f) quæ postmodum à septem publicis mulieribus , quæ eam primitus habitarunt , Septempublika fuit dicta. Lector eligat quibus credat. Cæsar itaque , (g) bellis civilibus quattuor annis in Hispania gestis , Romam rediit , in isto reditu à Senatoribus occidendus ; et Hispania flebilis remansit omnium (b) transeuntium pedibus conculcata , et variorum præsidum tyrannide lacerata.

(c) Tol. non habet Cæsare, vix est capta. (d) Tol. Quod.

(e) Tol. acri.

(f) Compl. et Tol. quæ primo dum à septem publicis mulieribus.

(g) Tol. de bellis.

(b) Tol. transeuntium.

EXPLICIT ROMANORUM HISTORIA.

(h) Compl. et Tol. quæ primo dum à septem publicis mulieribus.

OSTRO.

RODERICI ARCHIEPISCOPI TOLETANI OSTROGOTHORUM HISTORIA.

PROLOGUS.

Cum Gothorum causa olim in Athanaricum et Fridigerum fuisset divisa, ea lege in concordiam redierunt, ut Fridigerus Ostrogothis, et Athanaricus Vesegothis Regali excellentia præeumerent. Hi autem qui ab Oriente tabernacula metabantur, dicti sunt Ostrogothi, quasi Orientales Gothi. ^(a) Oster enim vocant in lingua Gothica Orientem, et inde ^(b) Osteric, id est, Orientale regnum. West autem Occidens interpretantur, et inde Westgothi, quasi Occidentales Gothi. ^(c) Unde alia pars Teutoniae Westfalia nuncupatur, quasi Occidentalis campus. Et ex tunc usque ad Fridigeri interitum regni divisio perduravit. Post cuius mortem Athanaricus solus obtinuit principatum; sed et eo mortuo, in Alaricum et ^(d) Redagarsum ^(e) iterum sunt divisi. Unde Redagarso in Tuscia interfecto, Alaricus solus obtinuit curam regni; et sic postea res mansit, donec Ostrogothi seiuncti ab aliis, sedes proprias metabantur, et in Mysia et ripa Danubii morabantur. Vesegothi autem Pannoniam, Gallias, et Hispanias invaserunt, in quibus etiam sedes ultimas posuerunt. Unde quasi propheticè dicti sunt Vesegothi, id est, Occidentales Gothi. Ostrogothi autem, ^(f) qui Hunnis, Pannoniis, et Romanis gravia bella gesserunt. Sed quia successiones et acta Vesegothorum in alio libro digessimus, in hac parte Ostrogothorum successiones et prælia prosequemur.

(a) Tol. Ost enim.
(b) Tol. Osteric.

(c) Tol. Inde.

(e) Al. interim.

(d) Tol. Redagaysum iterum sunt divisi. Verum Redagayso. Al. legit Rbadagasyus.

(f) Compl. cum Hugnis.

CAP. I. *De Regibus Ostrogothorum, et de actibus Theodorici.*

Mortuo Attila, Valamer Rex Ostrogothorum, et Ardaricus Rex Gepidarum contra ^(g) Hunnos qui remanserant, processerunt. Hunni autem ex adverso venientibus occurrerunt, et conserto proelio, Hunni cesserunt, et tot ex Hunnis cæsi fuerunt, quod deinceps Ostrogothorum potentiam metuerunt. Post hæc Leo Imperator cum Ostrogothis pacem firmavit, et

Valamer Rex eorum dedit obsidem nepotem suum Theodoricum, filium fratris sui Theudemiri. Mortuo Valamer, frater eius Theudemirus regnum suscepit Ostrogothorum, cui Leo Imperator statim restituit suum filium Theodoricum, quem obsidem receperat à Valamer. Mortuo Theudemiro, successit in regno Ostrogothorum filius eius ^(h) Theodoricus. Huius bo-

(g) Compl. ubique Hugnos.

(h) Compl. hic et supra legit Theodoricus; infra vero Theodoricus.

ni-

nitas ita enituit, cum esset obses, ut tam ab Imperatore, quam à Romanis carissimus haberetur, adeo ut famæ eius pura sinceritas ad aures Zenonis relatu celeri perveniret. Unde et Zenon qui Constantinopoli imperabat, Theodoricum ad se venire suis epistolis invitavit, et recepit iucundo applausu et congruis honoribus venientem, et in Consulem et Patricium exaltavit, et ei æream statuam ante palatium collocavit. Cumque ibidem aliquanto tempore imperialibus deliciis teneretur, cœperunt Ostrogothi aliquantulum murmurare, eo quod defectu victualium vexarentur, nec licebat eis propter pacis fœdera à vicinis gentibus aliquid attentare. Unde et pacem initam causabantur: et Theodorico talia nuntiarent. Quæ audiens, Zenoni continuo revelavit. Zenon autem de Ostrogothorum penuria contristatus, quia nolebat Theodoricum à se fieri alienum, quem tantis virtutibus compererat abundare, tradidit ei Italiam, ut ciborum inopiæ subveniret, et commendavit ei senatum populumque Romanum. Egressus igitur à Zenone, venit ad Ostrogothos, nunciando eis, ut se pararent ad obtinendam Italiam sibi datam. Cumque pergere incepissent, Gepidæ et Bulgari se illis in itinere obiecerunt, sed ex eis plurimi ceciderunt: et victor Theodoricus, exiens de Mysia, et transiens per Pannonias, Italiam est ingressus.

CAP. II.

De (a) Odoacre, et morte eius.

Odoacer autem Rex (b) Herulorum et Thuringorum, fugato Oreste Patricio, et obtenta civitate Ticini, deposuit ab imperiali purpura (c) Augustulum, qui imperialem usurpaverat potestatem, et Romam obtinuerat, et totius Italiæ principatum. Hic, cum audisset adventum Theodorici, prope (d) Aquileiam occurrit Theodorico, ibique pugna inita, Odoacer victus extitit et fugatus: Theodoricus autem usque Veronam eum persequi non cessavit. Præsumptione denuo restaurata, bellum iterum innovavit; sed eadem infelicitate qua prius, pluribus de sua multitudine interfectis, ipse iteratæ fugæ subsidio est relictus; sed Theodoricus impetu persequens fugientes, etiam Veronam locum refugii occupavit. Odoacer autem in urbem fugiens, à civibus est abiectus, et ei introitus denegatus. Ipse vero, quæ attingere potuit, gladio et incendio devastavit, et Ravennam veniens, ibi se clausit, gestiens rebellare. Theodoricus autem, obtenta Verona, venit Mediolanum, et eam obtinuit. Ibi dimissis matre et sororibus, suppellectili familiari Ravennam ivit, Odoacrem profugum obsessurus: et cum obsidione diutina arctaretur, Odoacer sub fide se dedit Theodorico. Qui demum volens iterum rebellare, à Theodorico morte crudelissima est peremptus. Mortuoque Odoacre, frater eius Onolphus cum residuis Odoacris Theodoricum voluit infestare, sed victus ab eo, trans confinia Danubii est fugatus.

(a) Compl. Odoacar hic et infra absque declinatione.

(b) Tol. et Compl. qui in Pannonia residebat, cum multitudine Herulorum et Thuringorum.

(c) Compl. Augustulum.

(d) Tol. Aquileiam.

CAP. III.

De Regno Theodorici in Italia.

Post hæc autem Theodoricus pacifice obtinuit Italiæ principatum, et Romam veniens, à Romanis omnibus voluntarie est receptus. Ipse vero, ut erat vir gratiæ et virtutum, sic se scivit omnibus conformare, ut carus ab omnibus haberetur. Et quia tunc temporis stipendia victualium fuerant minorata, assignavit Romanis, singulis annis, CXX. millia modiorum, pro quo Romanis carior est effectus: et quamvis tot favoribus redundaret, numquam voluit ^(a) Imperatorum dominio derogare, sed omnia quiete, omnia pacifice gubernabat; et per totam Italiam regalia habitacula opere nobili fabricavit: cuius virtutes et acta Sidonius et Ennodius latius prosequuntur. Cum itaque in Italia annis decem et octo victor regnasset, audiens extinctum Regem Gothorum Gisaleicum, cœpit in Hispaniam proficisci, et in via Francorum superbiam domuit, et prostravit, et partem regni quam manus hostium occupaverant, Gothorum restituit potestati. Et intrans Hispanias, regnum tenuit annis quindecim pro ^(b) Amalarico nepote suo qui parvulus adhuc erat, et totam Hispaniam et Galliam Gothicam subiugavit. Cumque nepos Amalaricus ad ætatem legitimam pervenisset, Theodoricus regnum Gothorum dimisit eidem, mandans filiæ et nepoti, et quasi voce testamentali denuncians, ut senatum populumque Romanum diligenter, et Imperatorem orientalem haberent propitium et paca-

(a) Tol. Imperator.

(b) Compl. hic et alibi Amalarico.

tum. Ipse vero reversus est in Italiam, et per ipsum fuit Romæ dignitas restituta: nam partem murorum, quam Alaricus et Athaulphus Reges Gothorum, et Giseericus Rex Vandalorum vastationis tempore dissiparant, ipse redintegravit, et prospere regnum rexit. Unde et à senatu statuam meruit inauratam. Amalaricus autem nepos eius cœpit regnare. Æra DLXV, et quinque annis regnavit sine avo, et tam suam adolescentiam, quam matris viduitatem Iustino Orientis Principi commendavit.

CAP. IIII.

^(c) *De Theodorici hæresi, et morte eius.*

Mortuo Zenone, Iustinus Catholicus suscepit Imperium Orientis. Tunc Hormisda Papa misit ad eum Germanum Episcopum Capuanensem, quem Iustinus propter sanctitatis ^(d) præconium honoravit. Eo tempore hæresis Ariana adeo invaluerat, quod fere utrumque imperium infecerat viri suo. Gothi etiam, Vandali, Alani, et Suevi à tempore Valentis Imperatoris eadem perfidia tenebantur. Prædictus autem Germanus Episcopus multos apud Constantinopolim ad fidem catholicam revocavit, et Iustinus mandavit catholicis Episcopis Ecclesias restaurari, et per Sacerdotes catholicos gubernari. Quod audiens Theodoricus Ariano veneno repletus, ad Iustinum nuncios destinavit, ut Arianis Episcopis Ecclesias restitueret, et eos in pace permitteret remanere, ^(e) alioqui ipse in omnes de Italia desæviret, nec sexui par-

(c) Compl. et Al. De restitutione Ariane hæresis per Theodoricum, et morte eius.

(d) Compl. sue præconium.

(e) Compl. alioquin.

ceret, nec ætati. Nuncii autem cum lacrimis postularunt, ut petitioni annueret, et Arianos permetteret frui pace, et sic parceret Italis occidendis; quod et fecit, compassione Italiæ provocatus. Hormisda Papa defuncto, Ioannes Constantinopoli ad Papalem apicem sublevatur. Et dum hæc fierent, Theodoricus pravitate hæretica concitatus, Symmachum Patricium, et Boethium Senatorem gladio interfecit: nec in eo primis operibus ultima responderunt. ^(a) Et cum Ioannes Papa à Constantinopoli adveniret, invenit Ravennæ Theodoricum; et cum ei verba salutis proponere incepisset, ipsum Papam cum iis qui cum eo venerant, interfecit, indignans quod Iustinus reveritum honoravit. Paucis autem diebus interpositis, Theodoricus, sacrilegiis Arianus, impiam animam Dei iudicio exhalavit. Tunc quidam solitarius eremita vidit Ioannem Papam, et Symmachum Patricium eius animam deportare, quam in ollam Vulcani, quæ ipsi litori est vicina, ut executores divinæ sententiæ proiecerunt. Iustinus vero Imperator, cum per undecim annos apud Constantinopolim regnavisset, in pace quievit.

CAP. V.

De Gutide et successoribus eius.

Mortuo Theodorico, Ostrogothi nepotem eius Amalaricum in Principem elegerunt, sed parvo post tempore in Hispania vitam finivit. Post hunc etiam Ostrogothi cum voluntate Amalaventæ Theudem elegerunt; sed quia Theudis Amalaventam, paucis diebus interpo-

sitis, in balneo strangulavit, Ostrogothi Regem alium elegerunt, qui Gutis nominabatur. Hic ad regale fastigium elevatus, ivit Ravennam, et filiam Eurici Regis et Amalaventæ Reginæ, quam ibi avus Theodoricus reliquerat, abstulit violenter, et sibi matrimonio copulavit. Cumque Belesarius Neapolim invasisset, et Gothos cum incolis extinxisset, veniens Romam, voluit Gothos qui inibi habitabant, gladio simili extirpare; sed qui fugere potuerunt, Ravennam ad Gutidem pervenerunt. Gutis autem, ut cognovit talia, statim cum magno exercitu contra Belesarium venit Romam. Belesarius autem, non ratus congregi opportunum, urbis ianuas ^(b) fecit claudi, et introitus custodiri. Ostrogothi autem extra muros omnia evertabant, et incendio consumebant, et loca sacra bonis omnibus spoliabant, et quoscumque de Romanis habere poterant, trucidabant, et civitatem undique graviter infestabant. Belesarius vero è contrario firmiter defendebat. Romani tamen calamitate ^(c) duplici tenebantur: nam foris eos gladius, intus famis penuria affligebat. Cumque per annum fuisset obsessa, in Ravennam, cœlitus territi, redierunt. Eo tempore tanta fames invasit Liguriam, ut, secundum quod prædixerat Sanctus Dacius, Mediolanensis Episcopus, matres filiorum carnes carissimas attentarent. Post hoc iterum Gutis exercitum congregavit, et veniens contra Romanos, à Belesario fuit victus; et crudelitatis suæ recipiens talionem, multis de suis occisis, dum ipse fugeret, à Ioanne magistro mili-

^(a) Tol. Eo.^(b) Tol. facit.^(c) Compl. non habet duplici.

tum fuit captus, et Belesario præsentatus. Belesarius autem, tanta victoria gloriosus, Gutim Constantinopolim secum duxit, et obtulit eum Iustiniano. Ille autem benigne recipiens, honoravit patricia dignitate, et factum Patricium, quia strenuus esset, misit eum ad fines Persidis contuendos, ubi et vitam finivit. Hoc tempore Sanctus Pater Benedictus in monte qui Cassinus dicitur, habitabat, et gens Longobardorum, Romani populi tunc amica, Pannoniam possidebat, et habebat Regem qui

(a) Al. *Alboim.*

(a) Alboini dicebatur. Ostrogothi autem, mortuo Gutide, super se Regem alium levaverunt, nomine Heldebatum, et isto post annum occiso, alium præfecerunt, qui

(b) Compl. *infra anni.*

(b) intra anni circulum vitam finivit.

CAP. VI.

De Totila et actibus eius.

Deinde Totilam elegerunt. Hic fuit strenuus et crudelis, qui, suorum exercitu congregato, cœpit Italiam impugnare, et per Campaniam et montem Cassinum, per Lucaniam et per Brutiam transeuntes, ad regnum Calabriae pervenerunt, indeque mare modicum transeuntes, Siciliam occuparunt. Deinde Romam reversi, (c) ubi fame gravissima laborabant, (d) fiducialius obsederunt. Obsessi autem tanta inedia tenebantur, ut humanas carnes pro pabulis attentarent: tandem cæde (e) et inopia tabefacti, à defensione penitus cessaverunt. Totila autem per portam ingressus

(c) Al. *quia fame.*

(d) Al. *non habet fiducialius obsederunt. Obsessi autem tanta inedia tenebantur.*

(e) Tol. *non habet et.*

est Ostiensem, et præcepit buccinis intonare, ut Romani se in latebris occultarent, aut ad sanctuaria se transferrent, ut à gladio servarentur: et (f) hoc fecit, volens parcere sanguini Romanorum. Post hæc cum Romanis aliquanto tempore, ut pater cum filiis, habitavit, et cum antea crudelissimus haberetur, hanc humanitatem creditur Beati Benedicti monitis induisse, ad quem iverat, ut intelligeret, si haberet spiritum prophetiæ. Civitates autem Italiae variis incursionibus dissipavit. Civitatem, Castellum, (g) Perusium, et (h) Fulginiam, et multas Æmiliae civitates cum plurima cæde hominum diruit, et evertit. In tantis vero excidiis aliqui Senatores, tot calamitatibus cruciati, Constantinopolim adierunt, et Iustiniano excidium Italiae nunciarunt. Imperator vero, dolore repletus, continuo misit (i) Narsetem cubicularium eunuchum cum magna multitudine pugnatorum, qui veniens in Italiam, Ostrogothis oblita proelia reparavit, et ad extremæ virtutis ultima coarctavit, et Regem eorum Totilam interfecit, et eos ab Italiae finibus propulsavit. Civitates et oppida quæ Totila decem annis tenuerat, Romano Imperio (j) restituit. Reliquiæ autem Ostrogothorum quæ remanserant, ad ripam Danubii confugerunt, et ex tunc Romani à Gothorum cladibus respirarunt: nec Ostrogothi leguntur Regem postea habuisse, nisi quod se Vesegothorum cœtui miscuerunt, qui in Hispaniis et Gallia Gothica regnaverunt.

(f) In Tol. *deest hoc.*

(g) Tol. *Prisum.*

(h) Compl. et Al. *Fulagineum.*

(i) Compl. et Al. *Narsim.*

(j) Compl. *restauravit.*

EXPLICIT OSTROGOTHORUM HISTORIA.

RO-

RODERICI TOLETANI

RODERICI

ARCHIEPISCOPI TOLETANI

HUNNORUM, VANDALORUM, SUEVORUM, ALANORUM, ET SILINGUORUM

HISTORIA.

PROLOGUS.

Quia stilo flebili nostræ gentis repetita sæpius excidia recitavi, ne per intercapedines digitorum ^(a) mira defluant Hispanorum, descriptis cladibus quas fere semper à sui principio est perpessa, ad eorum tempora verto stilum, qui licet breviori, acriori tamen dominio sævierunt. Quorum inhumanitas tanta fuit, ut omnem bestiarum rabiem superarent, nec unquam humani generis ingluvie satiati, pietatis spiritum admiserunt; sed semper exterminio inhiantes, cædibus et excidiis intenderunt: quod divini iudicii talio sic evertit, ut parum, aut raro in tutis sedibus remanerent: et fere semper

intestinis suppliciis pœnas ^(b) criminum, ut oportuit, receperunt: quorum principium, medium, atque finem, prout maiorum relatio docuit, si Dominus dederit, ^(c) annotabo. Gothorum originem, gloriam, et processum, quorum insignia super omnes barbaros effulserunt, in superiori volumine declaravi, prout ^(d) docuit veritas primævorum. Verum quia præter Gothos, quattuor gentes ferocissimas

sæcula habuerunt, scilicet ^(e) Hunnos, Vandalos, Alanos, et Suevos, qui semper cedere, numquam quiescere voluerunt, horum originem, sedes, et acta cogit suscepti laboris ratio explicare.

(a) myrrha defluat Hispanorum.

(b) Al. crimine.

(c) Al. enotabo.

(e) Compl. Hugnos semper.

(d) Compl. me docuit.

CAP. I.

De origine Hunnorum.

Hunnorum origo (ut refert antiquitas) ita cœpit. ^(g) Philimer Rex Gothorum, Gardarici Magni filius, qui post egressum à Scandia tertio loco Gothorum tenuit principatum, qui et terras Scythicas (ut diximus) occupavit, in populo suo reperiit quasdam magas, quæ in

exercitu stupra et maleficia procurabant, et factitiis strenuos evirabant, quas habens suspectas, longe ab exercitu effugatas, in solitudine fecit exponi. At immundi spiritus per deserta et invia evagantes, ut multorum cogit ^(b) relatio opinari, se earum complexibus ad

(b) Tol. ratio.

coitum miscuerunt, et genus hoc ferocissimum ediderunt. Primum minutum, tætrum, inter paludes exisse commemorant, et quasi genus hominum, nec alia voce notum, nisi quod humani seminis imaginem exhibebat. Tali ergo Hunni stirpe progeniti, procedente tempore magis humanæ naturæ vicini, licet satis dissimiles, humanæ formæ imaginem præferabant, et ^(a) à rugitibus bestiarum humanis vocibus se aptabant, Gothorum linguam quam à matribus didicerant, in aliquibus imitantes. Et ut Priscus historicus refert, in ulteriori ripa paludis Mæotidis insidentes, non aliis laboribus, sed tantum venationibus et piscationibus insistebant, nisi quod postquam crevit, fraudibus et rapinis vicinarum gentium commoda perturbabat. Erat autem eis species pavenda nigredinis, et velut offa incomposita et informis, non plene ut facies ^(b) figurata, sed habens in facie quasi puncta pro luminibus oculorum, et sævitiam animi torvus prodebat aspectus. Etiam in proles recenter natas impie sæviebant; nam genas earum ferri calidi stigmatibus figurabant, ut ante vulnus, quam lactis susciperent nutrimenta: exigui quidem forma, sed argutis motibus expediti, ad equitandum promptissimi, latis scapulis, ad arcus sagittasque parati, cervicibus et superbia semper erecti. Quadam autem die, dum venatores eorum in ulteriori ripa ^(c) Mæotidis circa venationis studia laborarent, cerva se obtulit improvisa, ingressaque paludem, nunc progrediens, nunc subsistens, ut index viæ, sollicita præcedebat;

et venatores paludem imperviam quam ut pelagus existimabant, pedibus transierunt, moxque ignotis apparuit Scythia numquam visa, et creduntur spiritus illi, unde progeniem traxerant, id egisse: quod enim in tam modico tempore à non multis feminis quocumque concubitu tantus populus processisset, tamque ferox, non videtur humana posse contingere ratione. Illi vero, qui præter ^(d) Mæotidem alium esse mundum penitus ignorabant, admiratione Scythiæ stupefacti, ut erant sollertes, iter illud ostensum divinitus crediderunt, et ad suos in Mæotidem revertentes, gestum, prout evererat, retulerunt, et terras Scythiæ laudaverunt. Et continuo ^(e) Hunnorum exercitus paludibus procreatus, Scythiam adiverunt, et quoscumque in principio invenerunt, suæ victoriæ litaverunt, et ingentem paludem Scythiæ transierunt. Alpizuros, Lizuros, ^(f) Iumaros, Boiscos, qui in ripa paludis Scythiæ insidebant, quasi cum turbine rapuerunt. Alanos quoque pugna sibi pares, sed humanitate, victu, formaque dissimiles, frequenti certamine subiugarunt. Nam quos bello forsitan minime superabant, terrore vultuum consternebant, et iam longa generatione veri hominis imaginem ^(g) nasciscentes, ferali sævitia trahebantur. Hermanaricus autem Rex Gothorum, qui (ut superius retulimus) multarum gentium extiterat triumphator, aliquo vulnere saucius, ægram vitam imbecillitate contraxit, et tunc ^(h) Voalamber Rex Hunnorum in Ostrogothos qui iam à Gothis seiuncti manebant, fecit insultum, eos-

(a) In Al. deest d.

(b) Tol. habet ef.

(c) Compl. hic et alibi Mæotide.

(d) Compl. Mæotidam.

(e) Tol. Hunnorum.

(f) Compl. et Tol. Yumaros. Al. Tucarsos Boiscos.

(g) Tol. nasciscentes.

(h) Compl. Voalamber. Al. Voalamber.

eosque prostravit. Hermanaricus autem dolore vulneris, et Hunnorum potius, vitæ suæ anno centesimo decimo est defunctus: cuius mors Hunnis occasionem præbuit prævalendi, ipsosque Gothos qui remanserant, et Ostrogothos fere extinxit. Ostrogothi autem et Gepidæ usque ad bellum Catalaunicum sub Hunnorum dominio remanserunt, à tempore Hermanarici Regis Gothorum usque ad Voalamer Regem Ostrogothorum, et Ardaricum Regem Gepidarum, qui tempore belli Catalaunici, rati posse restitui libertati, se Gothorum auxiliis addiderunt. Post quod bellum (de quo in superiori libro latius est expressum) Attila pro discessu hostium non restitutus, præsumit gaudia, meditatur grandia, erigitur ad coronam, oppressioni inhiat, Romanis intonat, et inde revertitur in Pannoniam, ut maiorem exercitum congregaret. Et cum cœpisset Alanos infestare, Thurismundus adveniens, vicit eum; et licet fugatus, post Thurismundi discessum virtutem animi non abiecit, sed maiori exercitu congregato, corde intimo reponens iniuriam Romanorum, (a) profectionem dirigit in excidium eorundem, habens secum, quam prius, exercitum ampliorem. Primum partes (b) Aquileiæ devastavit, quæ erat (c) metropolis Venetorum. Deinde civitatem obsidionis ambitu coarctavit. Cumque obsidio diutius traheretur, cœpit exercitus victualium penuria murmurare. Quadam autem die, cum civitatem Attila circuiret, ut videret qua posset facilius impugnari, inspexit ciconias, in rostris filios

deportantes, egredi civitatem, et lætus auspicio, dixit suis: "Pugnantem hilariter, quia transmigratio avium transmigrationem indicat obsessorum." Et tunc fortius solito dimicantes, obsessæ urbis muros et ianuas irruperunt. Et quædam domina, nomine Digna, quæ in turre altissima habitabat, in Natissam fluvium se proiecit, ne barbarorum ludibrio servaretur. Inde urbe eversa, et penitus dissipata, vicina oppida diruit, et castella. Concordiam, et Belunum, et Feltrum, Vincentiam, et Veronam, (d) Bergomum, Brixiam, atque (e) Cumam, Mediolanum metropolim, Ligurum, et (f) Ticinum quæ nunc Pavia, omnes diripuit, et evertit, cædi tamen et (g) incendio (h) parcius insistebat. Ipso talia perpetrante, et Liguriam et Venetias devastante, quæ erant quasi viscera Romanorum, proposuit Romam simili dispendio visitare, sed suorum consilio dissuasus, timuit sibi, ut Alarico, si Romam invaderet, eventurum, qui postquam Romam vastaverat, humanæ vitæ protinus sensit finem. Dumque inter consilia fluctuaret, venit ad eum cum legatione placida Sanctissimus Leo Papa, in cuius adventu sic furorem deposuit consuetum, ut sui et alii mirarentur: in tantum, ut idem Papa recessum eius ab Italia impetraret. Fuerat enim Attila Dei territus potestate: viderat enim, dum sibi Papa cominus loquebatur, alium prope stantem, in similitudine Sacerdotis, tenentem gladium evaginatum, et mortem terribiliter comminantem, si nollet Papæ beneplacitis obedire. Cumque suis visionem huiusmodi re-

(d) Compl. Pergamam.
Tol. Bergamum, Brigiam.
(e) Tol. et Al. Cunam.
(f) Tol. Ticinum.
(g) Tol. in medio.
(h) Compl. et Tol. parvus.

(a) Tol. perfectionem.

(b) Compl. et Tol. Aquileiæ.

(c) Tol. habet in.

velasset, pacem, ut Papa petierat, suaserunt: et in loco, ubi Ticinus Pado flumini admiscetur, ab invicem discesserunt.

CAP. II.

De ^(a) *Honorio, et morte Attilæ.*

(a) Tol. *Honora.*

Honorio autem, Valentiniani germana, Attilam incitavit per clandestinum eunuchum, ut eam sibi peteret in uxorem. Attila autem, audito nuncio, est gavisus, et statim ad Imperatorem Valentinianum internuncios destinavit, ut sororem eius peterent supradictam: quod si renueret, interminans, minitavit se in Italiam reversurum, et graviora prioribus patraturum. Igitur Attila Danubium transiens, contra Alanos movit arma. Quod cum Thurismundus, Rex Gothorum non imparis gloriæ, præsensisset, in auxilium Alanorum exercitui Attilæ mox advenit, consertoque proelio, sicut in campis Catalaunicis, pavenda Romanis vexilla Attilæ effugavit, ipsumque Attilam fugientem coegit oblitus olim repetere mansiones. Et præter alias quas habebat, duxit uxorem quæ Ildico dicebatur, et inter convivia quæ sobrietatis terminos excesserunt, plus solito bibit vinum, et cum sanguis per os et nares cœpisset effluere, fuit continuo post breve spatium suffocatus. In ipsa nocte Imperator Marcianus qui tunc Constantinopoli morabatur, vidit in somnis arcum Attilæ esse fractum, et intellexit eum mortuum, aut confractum. Unde Etium Patricium interfecit, eo quod in bello Catalaunico eius consilio quod Thurismundo dede-

rat, Attila evasisset. Sed eorum proelia et processus in superiori volumine descripsi calamo latiori.

CAP. III.

De Vandalis.

Vandalos autem ^(b) Scythas fuisse, superioris libri auctoritas protestatur, quos Gothi, egressi à ^(c) Scandia, primo impetu prostraverunt. Pars autem altera Vandalorum, dicta Silingui, per se exercitum faciebat, et speciali nomine vocabatur, licet à principio utriusque una gens fuerint Vandalorum. Alani similiter ex Scythia oriundi, acti à Gothis, in Vandalorum coloniam transierunt, ut Gothi impares, possent cum Vandalis se tueri. Suevi etiam, qui à ^(d) Germania processerunt, eam partem Scythiæ invaserunt, quæ à Suevis et Scythis ^(e) Suecia nominatur, in qua est metropolis civitas Ubsalensis. Horum nomen et patria in Teutonia adhuc antiqui cæspitis nomen habet, quæ Suevia ^(f) nominatur. Hi itaque genitale solum egressi, et in obtenta Suecia habitantes, et Gothorum ^(g) gladios formidantes, se Vandalorum et Alanorum coetui miscuerunt, ut simul iuncti, Gothorum potentiæ obviarent; quibus tamen semper in bellis impares sunt inventi. ^(h) Cum enim Geberidus Gothorum regeret principatum, et Vimar Vandalorum, quos iuvabant Alani et Suevi, tanta strage fuere prostrati, quod nunquam postea in Scythiæ sedibus præsumpserunt remanere, nec nobilitati Gothicæ obviare, sed à Constantino Cæsare Pannoniam petierunt, et per LX. annos ter-

(b) Compl. et Alanos, Scythas fuisse.

(c) Al. Scandia. Compl. hic et alibi.

(d) Tol. Germanis.

(e) Compl. adhuc hodie.

(f) Compl. nuncupatur.

(g) Compl. gladium.

(h) Tol. Cumque enim.

ram

ram ut agricolæ coluerunt, tributarii Romanorum.

CAP. III.

Quod Barbari à Pannonia in Gallias transfugerunt.

Demum Fridigernus Rex Gothorum eis advenit, sed morte præventus, eos non potuit obtinere. Verum ipsi timentes Athanaricum qui in Gothorum regimine adhuc stabat, à Stilicone Consule et Patricio Gallias petierunt, ut Romano imperio rebellantes sua multitudo subiugarent. Cumque ad Gallias pervenissent, biennio ante irruptionem urbis Romanæ, vastatis provinciis interiectis, in Gallias pervenerunt, Burgundiones, et Francos, sive Gallicos, mirabili impetu prostraverunt, et etiam Aquitaniam subiecerunt. At postquam tyrannus Eugenius interfecerat Gratianum, et Gallias occupaverat, Vandali, Silingui, Alani, et Suevi cum tyranno Eugenio contra imperium rebellaverunt. Sed Theodosius progrediens contra ipsos, duxit de Gothis plus quam viginti millia armatorum, et Eugenio interfecto, prædictæ gentes fugaci compendio ^(a) recesserunt, et Pyrenæis montibus se dederunt. Sed Didymus et Verianus, ambo fratres, de nobilioribus et potentioribus Romanorum, se in eorum transitu obiecerunt, et fratrum obice potentatu à transitu sunt repulsi, et tribus annis per provincias Galliarum vagabundi, à Romanis et Gothis cædes frequentissime sunt experti: sed prædicti fratres qui claustra Pyrenæi potenti præsidio tuebantur, fuerunt apud Constan-

(a) Compl. d
Gallias.

tinum Cæsarem accusati, quasi rebellionem Eugenii consensissent; sed licet innoxii et insontes, à Constantino Cæsare sunt occisi.

CAP. V.

De introitu Barbarorum in Hispaniam.

Mors autem fratrum Vandalis, Alanis, et Suevis occupandi Hispanias viam dedit, qui intrantes Hispanias, vastationes et ^(b) neceruentis incursibus exercebant. Civitates, et oppida, villas, et pagos ^(c) incendio consumentes, ^(d) spolia occisorum divisione cruentissima partientes, ad tantam cladem accolos perduxerunt, ut humanas carnes famis periculo attentarent. Bestiæ quoque, cadaveribus assuetæ, in vivorum interitum ferebantur; atque ita quattuor plagis, bestiarum scilicet, famis, pestis, gladii, Hispania ^(e) misere lacerata, divini iudicii sensit iram. Tandem vero videntes Barbari terram extinctis cultoribus elanguere, et fructibus defraudari, et in ipsos penuriam redundare, non miseris incolarum, sed suæ cœperunt penuriæ condolere. Unde et incolis convocatis, cum eis provincias dividerent, ut incolæ terram colerent, tributa dominis soluturi: ipsi autem provinciarum dominia sorte sacrilega partirentur. Alani itaque Lusitaniam et Carthaginensem provinciam habuerunt: Vandali, qui Silingui, in Bætica resederunt: alii Vandali Gallæciam occuparunt: Suevi maritima et occidua Oceani tenuerunt, et partem Celtiberiæ quæ ad montana Oceani tendebatur. Tot faucibus indulta

(b) Al. cædes.

(c) Tol. incolis.
(d) Compl. exuvias.

(e) Compl. misera.

laceratio Hispanorum, cum supereminerent guttura voratorum carnibus occisorum, nec subiectione, nec officio mitigari potuit crudelitas dominorum.

CAP. VI.

De regno, et fuga Vandalorum, et primo introitu Gothorum.

Postquam autem Hispanias sunt ingressi, primus in Vandalis regnum obtinuit Gundericus, et in Gallæcia posuit sedem regni, annis decem et octo; et foedere interposito, ipse et Suevi pariter ibidem corregebant. Alani enim, qui Carthaginensem provinciam et Lusitaniam occupant, præeminebant Vandalis et Suevis. Sed quia Alani Celtiberiam infestabant, quæ sola in Hispaniis in potestate remanserat Romanorum, Walia Rex Gothorum, qui erat in amicitia Romanorum, per Constantium Patricium qui in Celtiberia residebat, in auxilium est vocatus; et intrans Hispaniam, adeo Alanos infestavit, ut Regem eorum Athacem extingueret, et relictis sedibus Carthaginensis et Lusitanæ, ad Gundericum Regem Gallæciæ, quem nuper prostraverant, se transferrent, regni nomine iam oblito. Omnes tamen in bello Walia superavit, et Silinguos qui in Bætica morabantur, bello simili coarctavit. Walia autem victoriis inclitus, ad Galliam Gothicam est reversus. Post cuius discessum Gundericus Suevorum foedera violavit, ut, eis subiectis, ipse solus præesset Vandalis et Suevis: sed Suevi obstinatione solita pertinaces, in Nervasis montibus restiterunt. Unde cum

eos Gundericus aliquandiu obsidisset, coepit de victoria desperare; sed ne videretur desperatione, sive impotentia recedere ab obsessis, causam maioris negotii simulavit, et obsidione relicta, ad Baleares insulas se convertit, et eas prædis et cædibus devastavit. Inde rediens ad Carthaginem cismarinam, quæ Spartaria dicitur, eam diruit, et delevit. Hanc olim Scipio Africanus, deleta maiori Carthagine, vastatione simili dissipavit, et ibi fuit antiquitus dignitas civitatis. Sed postquam ipsa à Vandalis fuit everisa, Gothorum tempore dignitas ad Toletanam Ecclesiam est translata, et adhuc hodie Carthaginensis dicitur provincia Toletana. Everisa Carthagine, processit, ut Bætica devastaret, non parcens Silinguis, qui erant cum Vandalis unus populus, et gens una. Sed cum Hispalim diruisset, et ^(a) acta cæde, diripuisset, in Basilicam Vincentii, Martyris eius urbis, ^(b) sacrilegas misit manus. Sed Dei sententia nolens tantum facinus tolerare, dæmonii impetu in foribus templi cecidit interfectus, Æra CCCCLXVII. Et tunc remanserunt in Hispaniis tria regna: in Carthagine et Lusitania Alanorum, qui ad mansiones suas post recessum Waliæ redierunt: secundum regnum in Gallæcia Suevorum: tertium in Bætica Silinguorum, quæ regio à Silinguis Vandalis adhuc hodie Vandalia nuncupatur, quam Andaluçiam, corrupto vocabulo, vulgariter appellamus, in qua est fluvius qui Silingius appellatur, et ab Arabibus Guadaxelim Arabice nominatur, et incolas Andaluçes.

(a) Compl. actam.

(b) Compl. sacrilegus.

CA-

CAP. VII.
De Giserico, et transitu eius
in Africam.

Mortuo Gunderico, frater eius Gisericus successit in regno, et regnavit XL. annis. Hic cum esset catholicus, in apostasiam Arianæ perfidiæ est ^(a) lapsus; et cum frater eius, de quo diximus, Gundericus, verens vicinitatem Gothorum Regum qui in Gallia Gothica et Aquitania residebant, et partem Hispaniæ, veniente Walia, occuparant, proposuit in Africam transfretare, sperans ^(b) freti obice à Gothorum insultibus fore tutum, Gisericus ^(c) propositi conscius, cum omnibus Vandalis, eorumque familiis, relictis Hispaniis, ad Africam transfretavit, et continuo obsedit Hipponam. Cuius obsidionis anno ^(d) primo beatus Augustinus, beati Ambrosii discipulus, eiusdem urbis Episcopus, migravit ad Christum inter impetus obsidentium Vandalorum, anno decimo post mortem Hieronymi, Episcopatus sui tricesimo quinto. Cum autem Vandalorum transitum Valentinianus Iunior qui occidentali imperio præerat, audivisset, timuit ne totam Africam subiugarent, et cum obsistere non valeret, per Trigerium pacem misit, et partem Africæ, Hipponæ videlicet regionem, concessit ^(e) eis pacifice possidendam, conditionibus interpositis, ne quid ultra invaderent de imperio Romanorum: et hoc ipsum firmavit iuramenti robore Gisericus. Sed fraternæ pertinaciæ non immemor observator, et sacramenti velocissimus violator, illico pacta fregit; et festinavit Carthaginem obside-

re, et id residuum quod reparatum fuerat post tempora Scipionis, ^(f) impetu invadens, Carthaginem, pace ^(g) deceptam, diripuit, et consumpsit. Carthago ante Romanam fuit condita LXXII. annis: et DCCXXXVII annis, et diebus decem et septem à fundatione sua, à Scipione incensa, in pulverem est redacta. Post CII. annos fuit denuo reparata, et post iterum à Giserico destructa, decimo quarto calendas Novembris, et adhuc hodie ^(h) silet irreparata. Et cum esset Arianæ sectæ perfidus observator, statim in exordio sui regni cœpit persequi Catholicos christianos, et eorum Episcopos in exilium condemnavit, et eos qui ei resistere non timebant, ⁽ⁱ⁾ pœna ultima condemnabat. Et tanta fuit tunc temporis persecutio in Ecclesiis Africanis, quod vix poterat aliquis catholicus reperiri. Proscripsit etiam bona Ecclesiarum, et servitatem imposuit omnibus clericis, qui utcumque sub eius dominio latitabant: Ecclesias profanabat, et iumenta sua tam in Ecclesiis, quam in porticibus religabat: et adeo per totam Africam Arianam hæresim seminavit, quod loca sacra, et Deo dicata, in habitacula suis domesticis conferebat, et viros sanctos, Arianam hæresim detestantes, ipse detestabatur, et sine intermissione eorum sanguinem procabatur, et, cum poterat, effundebat, ita ut usque ad os totam Africam Sanctorum sanguine ebriaret. Per idem tempus quattuor viri Hispani, in Arianam sectam transire nolentes, diversis mortibus interempti, illustri martyrio consummantur: Arcadius, Probus, Paschasius, et Eu-

(f) In Compl. deest impetu.
(g) Al. receptam.

(h) Tol. et Compl. simul irreparata.

(i) Compl. pœnæ ultimo.

(a) Compl. et Al. dilapsus.

(b) Al. Tyrreni. Compl. Urreni.

(c) Compl. et Tol. habent autem.

(d) Al. primus.

(e) Tol. ei.

tychius. Puer autem, Paulillus nomine, frater Paschasii et Eutychie, propter fidem catholicam damnatus est infimæ servituti.

CAP. VIII.

De transitu Vandalorum in Siciliam, et vastatione urbis.

Verum quia nec sacrilegiis, nec cædibus hominum poterat satiari, Africa conculcata, in Siciliam navigavit, ut eam pari exterminio laceraret: et direptionibus iam peractis, obsedit Panormum, eius insulæ regiam civitatem. Cumque hæc omnia Theodosius Junior, qui Orienti præerat, percipisset, exercitum congregavit, ut Gisericum à Sicilia effugaret. Et dum hæc fierent, rumor advenit, quod Hunni Thracias et Illyricum devastabant: et hac necessitate Theodosius exercitum quem contra Vandalos destinaverat, revocavit, ut Thracibus, et Illyricis fieret in succursum. Marcianus autem, seu Maiorianus, qui imperabat in Occidente, ab Italia in Hispaniam est profectus; et cum ad Carthaginensem provinciam pervenisset, in eodem litore aliquantas naves ad transitum contra Vandalos præparavit; sed proditione suorum fuit Vandalis revelatum: qui improviso navigio venientes, ex eis aliquas succenderunt, et aliquas abduxerunt. Sicque Marcianus, dispositione frustratus, in Italiam est reversus, et ^(a) Tertone à Richimiro Patricio occiditur circumventus, eo quod Republicæ ignominiam intulerat et iacturam. Quod audiens Gisericus, non contentus Africæ et Siciliæ

(a) Tol. Tetro-
ne à Tochimiro.

vastatione, aggressus est patriam Romanorum. Romanæ autem Ecclesiæ adhuc præerat Leo Papa. Romani vero, timentes adventum Principis Giserici, relicta civitate, ad montium ardua confugerunt, et veniens Gisericus, civitatem habitatoribus vacuum, sed plenam divitiis occupavit: sed nec incendere voluit occupatam, nec in eos qui remanserant, gladio desævire. Nam Leo Papa in introitu civitatis occurrerat venienti, et divini verbi pabulo Giserici tyrannidem sic sedavit, ut à ferro et incendio abstineret: et suusus ab Eudoxia, Valentiniani relicta, quæ eius commercium cupiebat, ut Romam ingrederetur, Romanorum copias cupiebat, et per quattuordecim dies exhaustis opes, et thesauros absconditos eorundem, ^(b) et Christiani Valentiniani Eudoxiam relictam, et duas filias duxit captivas, cum multis millibus captivorum. Roma itaque, domina civitatum, remansit vidua, quasi terremotu tertio conquassata, primo Alarici, secundo Athaulphi, tertio Giserici. Vandali vero Roma egressi, se per Campaniam dividerunt, omnia gladio et incendio dissipantes: Nolan et Capuam, nobiles Campaniæ civitates, impetu subverterunt, et incendio consumpserunt, et similia in aliis civitatibus, ^(c) castellis, et ruribus peregerunt. Sanctus vero Paulinus, Nolanus Episcopus, quidquid habere potuit, pro redemptione captivorum patriæ erogavit. Supplicanti etiam viduæ, ut unicum filium captivum redimeret, cum nihil haberet, omnibus erogatis, seipsum in servum vendidit, et filium viduæ liberavit,

(b) Tol. et
Compl. etiam
ipsam Eudoxiam
Valentiniani.

(c) Tol. castel-
lanis.

et cum aliis captivatis ipse quoque in Africam est delatus, ubi sanctis operibus gloriosus, meruit obtinere sibi, et omnibus concaptivis qui à patria sua ducti fuerant, libertatem: et sic cum ^(a) omnibus in Campaniam est reversus. De hoc beatus Augustinus in libro Dialogorum plenius declaravit. Et sic Gisericus, victor et inclitus, ad Carthaginem est reversus, et mox misit nuncios ad Theodosium qui præerat Orienti, et pace firmata, remisit ei honorifice Valentiniани relictam, et unam filiam, alteram retinens suo filio Hugnerico: et tamen Ecclesiam persequi non omisit, insistens hæresi Arianae. Paucis autem diebus interpositis, Gisericus iterum in Italiam voluit navigare, sed repulsus à ^(b) Basilisco Patricio navali victoria, in Africam inglorius est reversus. Sicque vesaniæ suæ virus ubique refundens, frequenter victor, ultimo victus, quadragesimo regni sui anno vitam finivit.

CAP. IX.

De ^(c) Hugnerico.

Mortuo Giserico, filius eius Hugnericus succedit in regno, et regnavit annis octo. Hic habuit uxorem Valentiniани filiam, ex qua suscepit filium nomine ^(d) Hildericum. Initium autem regni sui conspersit viru perfidiæ Arianae, et sicut in regno, sic patris in hæresi fuit heres, et in persecutione catholicorum patre atrocior est inventus. Ecclesias infiscavit: Sacerdotes, et ceteros in ecclesiasticis officiis constitutos, exilio condemnavit: monachos et laicos circiter quattuor millia durioribus poenis

arctavit, et eorum plurimos martyrio consummavit: plurimis Confessoribus linguas abscidit, qui tamen, linguis abscissis, Domino faciente, usque in finem usum loquelæ non amiserunt. Lætus etiam, Neptensis Episcopus, sub eo martyrio coronatur; et quia Ariani contagii labe noluit maculari, victor et Martyr, cœlesti consortio meruit adunari. Et quia Hugnericus calicem iræ Dei aliis propinavit, ea potione, qua et Arius doctor eius, effusis visceribus, impium spiritum suo restituit incendi, regni sui anno octavo.

CAP. X.

De ^(e) Gutamundo, et Thrasamundo.

Mortuo Hugnerico, Gutamundus, nepos ex filio Giserici, succedit in regno, et regnavit annis undecim, mensibus octo; qui statim pacem cum Ecclesia reformavit; et omnes catholicos ab exilio revocavit. Isto mortuo, Thrasamundus frater eius successit in regno, et regnavit annis viginti sex, mensibus novem. Iste, insaniam Hugnerici successor et heres, statim in catholicos misit manum, et eos ^(f) abhortans, et evertens bona eorum, fisci titulis assignavit, et ex omni Africa ^(g) CXXX. Episcopos mittens Sardiniam, exilio condemnavit: nec sui temporis hæresi satiatus, Hildericum filium Hugnerici iuramento astringit, ne catholicos exules revocaret, Ecclesiam restitueret, aut foveret. Isto autem Thrasamundo impium spiritum Carthagine exhalante, Hildericus, filius Hugnerici ex filia Va-

(a) Compl. eis omnibus.

(b) Compl. et Al. Basilico.

(c) Compl. et Al. De regno Hugnerici.

(d) Tol. Hildericum.

(e) Compl. et Al. De regno Gutamundi, et Thrasamundi.

(f) Compl. aprians. Al. aprians.

(g) Compl. CXX. Episcopos.

Valentiniani, in regno substituitur Vandalorum; sed nolens transgredi iuramentum quod fecerat Thrasamundo, antequam regni culmine donaretur, Episcopos et ceteros catholicos ab exilio revocavit, et Ecclesiis restituit infiscata, et per totam Africam pacem datam Ecclesiae edicti praëconio publicavit, et privilegia quae Thrasamundus abstulerat Ecclesiis, redonavit. Cum enim mater eius esset catholica, fidei opera suadebat. Gilimerius autem, de potioribus Vandalorum, contra Hildericum prodicione et tyrannide insurrexit, et proelio victum cepit, et eum cum filiis custodiae carceris mancipavit; multosque nobilium Vandalorum, qui in Africa ut indigenae residebant, et Hilderico ut domino obediabant, et propter captionem eius tyranno indebito resistebant, sustinuerunt à Gilimerio persecutiones varias et iacturas, ita quod multos ex eis cum Hilderico in carceribus coarctaret: aliosque, proscriptis (a) suis bonis, capitali sententia condemnavit, omnique scelere inquinatus, et venundatus (b) ad malum, nulli malitiae se subtrahit. His miseriis Africa dissipata, Sanctus Lætus Episcopus Neptensis, Martyr eximius, (de quo diximus) in visione apparuit Iustiniano Imperatori, ut succurreret tantæ cædi: quo oraculo incitatus Imperator, confestim misit exercitum cum Belesario magistro militum contra tyrannidem Gilimerii; qui Belesarii adventum verens, Hildericum Regem cum affinibus sui generis et aliis nobilibus interfecit. Veniensque Belesarius, Gutimirum et Gebanundum, fratres Gilimerii, primo proelio in-

terfecit. Deinde, proelio iterato, ipsum Gilimerium fugæ exterminio propulsavit; sed insequens, captivavit, et ipsum captum, cum divitiis et rapinis nequiter conquestis, Imperatori Iustiniano Constantinopolim destinavit, et, eo misso, redegit totam Africam in provinciam Romanorum, anno nonagesimo septimo, ex quo Vandali Africam intraverunt: et mansit postea Romanorum subdita ditio- ni, donec per Mahometi astutiam fuit reddita hæreticæ (c) perversitati, in qua, peccatis exigentibus, adhuc manet. Sicque regnum Vandalorum cum populo suo funditus extirpatur, quod à Gunderico Rege usque ad interitum Gilimerii duraverat CXIII. annis.

CAP. XI.

De Historia Alanorum.

Nunc à Vandalorum historia liberatus, Alanorum me ingero servituti. Eorum originem, processum, et acta, donec Gallias infregerunt, et Hispanias intraverunt, superius enarravi. Postquam igitur Hispanias sunt ingressi, in Carthaginensi et Lusitania provinciis, superbo oculo, corde avido, crudeli proposito, sedes altissimas collocarunt, ita ut Silinguis in Bætica, Suevis in Gallæcia, Romanis in Celtiberia præeminerent, et Vandalos quos in una provincia concluderant cum Suevis, (d) sæpius impetiverunt, et incursibus coarctaverunt. Romanis etiam in Carpentania quam à Carthaginensi provincia defalcarant, intulerunt multas cædes, et abstulerunt multas urbes: quorum necessitate Constan-

(c) Compl. et Al. perversitati.

(a) Compl. et Tol. subiectis.

(b) Al. sub peccato. Compl. diabolo.

(c) Compl. et Al. De regno Hispanie.

(b) Tol. in Bætica.

(d) Tol. potius.

tius Patricius (ut dixi superius) Gothorum Regem Waliam invocavit, qui mox veniens, Alanos tamquam ^(a) aciem duræ silicis hebetavit, et quam in aliis exercuerant feritatem, venienti Waliaë reliquerunt, et regni nomine abnegato, se Gunderico quem devicerant, subiecerunt, sed cum eo ad quem confugerant Gunderico, in conspectu Waliaë ceciderunt, et civitates suæ ditionis in Carthaginensi provincia Walia tradidit Constantio præsidi Romanorum, et sic fuit in Hispaniis eorum potentia dilatata, et Regis nomine apud Alanos iam extincto, cesserè Romanis Vandali et Suevi, qui fere totam ^(b) Lusitaniam occuparunt, et facti ignavi, pro maiori parte, non militiæ, sed adscripti populo remanserunt, nec ut magnanimi ad sedes alias migraverunt, donec post temporis intervallum Gothi venientibus ut accolæ ^(c) paruerunt: et hic finis regni et gloriæ Alanorum.

CAP. XII.

De Regno Suevorum.

Liberati ab ignavia Alanorum, transire restat ad historiam Suevorum. Horum originem et processum in superiori opere declaravi. Suevi autem, cum Hispanias intraverunt, Hermericum Principem habuerunt, et cum Vandalis Gallæciam occuparunt; sed, Vandalis navigantibus in provincias Africanas, soli Suevi Gallæciam tenuerunt. Gallæci tamen in aliqua parte proprio dominio utebantur, quos Hermericus assiduis incursibus prædabatur. Tandem morbo chronico aggravatus, pacem

iniit cum Gallæcis, et tamquam insufficientis, filium suum ^(d) Recilam regni substituit successorem, qui armorum studiis provocatus, raro à proeliis quiescebat. Cum autem Romani misissent quemdam militiæ suæ ducem, nomine Andebodem, cum multis copiis, ut Bæticam occuparet, occurrens ei Recila ad fluvium qui Silingius dicitur, in Bæticæ regione, conserto proelio, Andebodem vicit, et interfecit, magnis auri et argenti copiis occupatis; et Romanorum exercitu dissipato, Bæticam suæ subdidit ditioni: et volens Lusitaniam subiugare, obsedit Emeritam, et captam, regno proprio adunavit. Hermericus autem, pater ipsius, interiit, postquam septem annis fuerat morbo diutino fatigatus. Regnaverat autem annis XXXII. Carthaginensem etiam provinciam suæ subdidit potestati, et ita Gallæcia, Lusitania, Bætica, Carthaginensi provincia suo dominio subiugatis, erat in Hispaniis fere Monarchus, et, ut in hac quiete securior permaneret, Carthaginensi provinciæ regionem Carpetaniam, videlicet, quam Romanis abstulerat, restituit, facta pace. Cumque venisset Emeritam, (prout fertur) sub gentilitatis errore vitam infeliciter consummavit, cum regnasset annis VIII.

CAP. XIII.

De Rechiario, et morte eius.

Mortuo ^(e) Recila, Recharius filius eius, ^(f) factus catholicus, successit in regno annis ^(g) IX. Hic duxit uxorem filiam Theuderedi Regis Gothorum, et pro tanto con-

(d) Compl. hic et infra Riccila.

(a) Tol. acie.

(b) Tol. Hispaniam.

(c) Tol. pervenerunt.

(e) Al. Riccila.
(f) Tol. et factus.
(g) Tol. VIII.

(a) Compl. et Tol. *elevatus est, suspicatus.*

(b) Tol. *Carthaginem.*

(c) Compl. *insolere.*

(d) Compl. et Al. *De Masdra, et Franta, et aliis Regulis Suevorum.*

(e) Compl. *præfert.*

coniugio ^(a) elevatus, suspicatus est, non tantum Hispaniæ, sed et Vasconiis imperare; et ad Theuderedum socerum suum in Galliam Gothicam est profectus, et ab eo rediens honoratus, Gothorum auxilium secum duxit, et Tarracensem provinciam, et Cæsaraugustam Carpetaniæ, quæ Romano Imperio serviebant, impetens, occupavit: ^(b) Carthaginenses etiam regiones, quas Romanis reddiderat Recila pater eius, prædæ incursionibus devastavit. Mortuo autem socero suo Theuderedo in bello Catalaunico, et eius filio Thurismundo, succedente Theodorico secundo filio, Rechiarius cœpit in Hispaniis ^(c) insolere, et Theodoricus Rex Gothorum, filius Theuderedi, qui regnabat in provincia Narbonensi, contra eum citius properavit. Rechiarius autem de suis viribus plus præsumens, occurrit Theodorico, et prælio adinvicem inchoato, Rechiarius effugatur, postea capitur, postea interiit interfectus.

CAP. XIII.

De ^(d) Suevorum Regibus.

Suevi autem bifarie divisi, alii Masdram, Massilæ filium, in Principem elegerunt, qui tantum duobus annis regnavit: alii Frantam. Masdra autem statim mortuo, pars Masdræ filium eius substituit Remismundum, qui cum Franta illico pacem fecit; et ambo pariter fœderati, partes Lusitaniæ devastabant. Post biennium mortuo Franta, pars eius Frumarium sibi ^(e) præfecit: qui cum Remismundo super regni præeminentia litigaret, evertit Flaviam, vastavit patriam. Remismundus etiam

^(f) Lucum, et Auriam, et maritima devastabat. Sed post biennium Frumario decedente, Remismundus, pace cum Gallæcis inita, Suevorum in Gallæcia obtinuit principatum. Suevi enim eum sibi in Regulum præfecerunt. Qui ad Lusitaniam transiens, Coimbriam pace deceptam diripuit, et exhaustit, Ulysbonam etiam occupavit, Lusidio cive et incola, qui illic præerat, eam tradente. Post aliquot dies Remismundus, his successibus elevatus, ad Theodoricum Regem Gothorum nuncios destinavit, et pacem et amicitiam postulavit. Quos Theodoricus benigne recipiens, annuit postulatis, et in signum veri amoris coniugem misit ei per Sallanum quemdam ex officio palatino cum adiectione armorum et munerum copiosa. Et recepta coniuge et muneribus, cœpit amplius superbire, et Sallanum muneribus honestatum remisit ad Theodoricum cum epistolis suæ laudis: qui cum ad Gallias rediisset, Theodoricum ab Eurico fratre suo reperiit interfectum. Huius tempore Ajax, natione Galata, effectus apostata, Regis auxilio sectæ se contulit Arianiæ, et inventus est fidei catholicæ inimicus: qui de Gallia Gothorum adveniens, hoc virus pestiferum ^(g) genti Suevorum in Hispania propinavit; et multis deinde Suevorum Regibus in Ariana hæresi permanentibus, catholici persecutionem et pericula pertulerunt, donec regnavit ^(h) Theodominus, qui prædicatione Martini Dumiensis Episcopi fidei catholicæ redonatus, eliminata spurcitia Ariana, Suevos restituit fidei uni-

(f) Tol. *Lucum.*

(g) Tol. et Al. legunt: *genti Suevorum infudit. Regibus in Ariana hæresi.*

(h) Compl. hic et infra *Theodominus.*

uni-

unitati. Hic Martinus, Dumiensis Episcopus, religione, doctrina, et fide præclarus, multa docuit, et firmavit in ecclesiasticis institutis, pro cuius memoria Ecclesia Gallæciæ adhuc gaudet. Regnavit autem Theodomirus annis X.

CAP. XIV.

De Miro, et fine regni

Suevorum.

Post Theodomirum Mirus Princeps efficitur Suevorum, et regnavit annis tribus. Hic secundo regni sui anno Ruconibus movit guerram, et bellis attritos, opibus spoliavit. Et dum ^(a) Leovigildus Rex Gothorum Hermegildum filium suum propter fidem catholicam Hispali obsedisset, Mirus processit in auxilium Leovigildi, et Hermegildo capto, et interfecto, Mirus ibidem terminum vitæ clausit. Huic successit Euricus filius eius in regno, quem in adolescentia constitutum Andeca per tyrannidem regno privat, et cœgit eum monachum fieri, et de-tonsum in monasterio inseravit. Sed quia malorum impietas non remanet impunita, protinus Rex Gothorum Leovigildus, ingressus Hispanias, bellum intulit provinciæ Suevorum, et Andecam devictum, regno privavit, et regnum eius in provinciam redegit Gothorum. Ipsum autem Andecam post regni honorem fecit tonderi, et presbyterii officio mancipari. Enim vero oportebat, ut quod Regi suo fecerat innocenti, ipse proditor congrua vicissitudine pateretur. Et

sic Suevorum regnum obtentum à Gothis, expers gloriæ, hic finitur, quod duraverat CLXXVII. annis.

CAP. XV.

De Silinguis.

Explicatis regno et actibus Suevorum, me cogit materia, acta describere Silinguorum, quorum ratio cum Vandalis una fuit, nisi quod, illis in Africam transfretantibus, isti in Bætica remanserunt; ubi experti cædes et incursiones et pericula Romanorum, non evaserunt excidia Alanorum. Sed et Reges Gallæciæ Suevorum eos multis direptionibus subiecerunt, et Hispali, eorum metropolis, interdum diruta, interdum invasa, numquam felicitate stabili potuit efflorere, donec sub Leovigildo Gothorum Principe siluit captivata, Regis et regni gloria viduata, et in Gothorum provinciam iam redacta. Et hic finem habuit principatus et potentia Silinguorum, quorum exterminium à Gothorum Rege Walia inchoavit, et per Leovigildum postea consummatum. Primus enim Gothorum Athaulphus Hispanias est ingressus, sed Barcinonæ interfectus est. Post ipsum Walia, qui Vandalos, et Suevos, Alanos, et Silinguos domuit, et prostravit, et in ^(b) singulis provinciis de Gothorum maioribus instituit Principes populorum; nec tamen ibi sedem regni voluit collocare. Theodoricus etiam Suevos suo domino subiugavit: et ex tunc cœperunt Gothi in Hispaniis dominari, et regni sedem à Gallia Gothica in Hispaniam transtulerunt.

EXPLICIT HUNNORUM, VANDALORUM, ALANORUM, SUEVORUM, ET SILINGUORUM HISTORIA.

(a) Compl. ubique Leovigildus.

(b) Tol. Silinguis.

RODERICI ARCHIEPISCOPI TOLETANI

HISTORIA ARABUM,

INCIPIT PROLOGUS IN LIBRO ARABUM

POST PRINCIPIUM MACHUMETI.

Que calamitatum ^(a) hactenus Hispania dispendia sit perpessa, in superioribus, ut licuit, explicavi. Nunc de excidiis Arabum, quæ utinam sint postrema, à quibus nihil fuit in Hispaniis intentatum, finem imponere dignum duxi, si divina potentia velit de cetero à gladiatorum dissecationibus custodire, quæ iam à quingentis triginta duobus annis et ultra, repetito gladio dissecata, nec à filiis evasit viscerum sectionem: ^(b) immo quinque Regibus dispersita, ab eis et transfugis ad Sarracenos intestini vulneris supplicia non evasit. Verum divina clementia miserante, à tempore nobilis Aldefonsi, qui prope vilche Amiramomeninum cum Arabibus campestri prælio effugavit, et Arabum gladius hebetatus, et Gothorum strenuitas restituta talionis semitas ^(c) aperuit Christianis; et sicut à principio Christianos incolas sub tributis onere coegerunt, sic et modo, restitutis munitionibus Principibus Christianis, degunt servitute solita sub tributo. Eorum itaque successiones et tempora volens posteris conservare, eorum exordium à Machometi tempore inchoavi, qui eorum sectæ fuit conditor et inventor. De eius origine, prædicatione, et regno, ^(d) ex relatione fidei, et eorum scripturis, ad detegendam gentis illius versutiam et sævitiam, satis breviter ^(e) explicavi. Advertat autem lectoris studium, qualiter mentita revelatio versuti hominis Machumeti ex corde finxit virus pestiferum, quo libidinosas animas quasi nexibus colligavit: ut discant parvuli à fabulis abstinere, ^(f) et Adæ funiculis ^(g) colligari, et trahi vinculis caritatis.

(a) Compl. et Tol. acervus.

(b) Tol. nunc nostro quinque Regibus dispersita ab eis, et transfugit ad Sarracenos.

(c) Tol. apparuit.

(e) Tol. explicabo.

(f) In Tol. deest et.

(g) Tol. colligati.

(d) Tol. non habet ex relatione fidei. Compl. quæ.

CAP. I.

De origine et exordio ^(b) Machumeti.

(b) Compl. ubique Machumeti.

(i) Tol. in villa quod Hiatrib dicitur.

(j) Compl. Haiab.

Anno Leovigildi Regis Gothorum nono, Æra DCI, ⁽ⁱ⁾ in villa quæ Hiatrib dicitur, prope Mecham, erat homo, Aly nomine, filius Abdelmutalib, et uxor eius Æmina, nomen patris Æminem Bayab, et matris eius Halima: quæ concepit, et peperit filium quem vocavit Mahomath. Et cum Arabia et Africa inter fidem Catholicam, et hæresim Arianam, et perfidiam Iudaicam, et Idololatriam diversis studiis traheretur, Arabs prædictus Aly familia-

lia-

liaritate cuiusdam Iudæi, qui erat geneaticus, inter fidem Catholicam et Iudæorum perfidiam fluctuabat. Cumque Æmina concepisset, facta est sterilitas magna per totam Arabiam, adeo ut, pane deficiente, herbis dumtaxat silvestribus vescerentur. Cum autem tempus partus Æminæ advenisset, Iudæus ille, ut erat geneaticus, captavit consistentiam planetarum, et horam nativitatis infantis. Aly autem in sanctam Ierusalem iverat ad orandum, et rediens, invenit filium suum natum: et quidquid ille geneaticus de infante perceperat, revelavit, et prædixit eum in regno et lege mirabiliter exaltandum. Aly autem apud Hiatrib post tempus modicum vitam finivit. Cum autem esset infans annorum quattuor, ut ipse mentitur, venerunt duo Angeli, et exciderunt cor eius, et extraxerunt inde coagulum sanguinis denigrati, quod postea nivis lavacro abluerunt, et ponderaverunt cor eius cum decem cordibus gentis suæ, post cum mille; et maioris ponderis est inventum: et unus Angelus dixit alteri. "Si cum omnibus Arabibus in trutina poneretur, omnibus prævaleret." Hæc mentitur in visione se à Gabriele Angelo audisse. Cum autem esset annorum quinque, mater sua tradidit eum aviæ suæ Halimæ nutriendum.

CAP. II.

De instructione, et prima ostensione ^(a) *Machometi.*

(a) Tol. Machometis.

Anno septimo mater sua recepit eum, et se transtulit ad propinquos; et post paucos dies ibi mor-

tua fuit Æmina mater eius, et suscepit eum alia mulier, quæ Daymen dicebatur, et transtulit eum in Mecham. Octavo anno mortuus est Abdelmutalib avus eius, et recepit eum Abutalib patruus eius in curam: et iste tradidit eum prædicto geneatico instruendum, qui eum instruxit in naturalibus scientiis, et lege Catholica, et Iudaicæ perfidiæ documentis: unde et ipse postmodum aliqua de fide Catholica, aliqua de lege veteri in suæ sectæ subsidium usurpavit. Cum autem Mahomat esset annorum tredecim, Abutalib duxit eum in Ierusalem, eo quod templum sanctimoniam erat ibi. Mahomat autem cum ad annos adolescentiæ pervenisset, et in doctrina novi testamenti ac veteris, et naturalis scientiæ profecisset, iterum fame Arabiam opprimente, ipse ad cuiusdam divitis viduæ, quæ Hadeya dicebatur, familiam se convertit, et circa operationes domesticas ^(b) industrius est inventus; et ea quæ vehiculi onere abducebat, reduci fenore sibi gratiam, et viduæ divitias cumulabat: et factus est in oculis viduæ gratiosus; adeo ut eum in filium adoptaret. Cum autem esset annorum viginti quinque, duxit uxorem quæ ^(c) Abdiga dicebatur. Demum etiam viduam quæ eum exhibuerat, superduxit, et procedente tempore, alias cumulavit; ita quod decem et octo uxorum libidine, immo adulterio fœdabatur. Prima autem causa suæ ostensionis in Arabia sic evenit. Ecclesia nobilis apud Mecham inundatione fuit penitus dissipata, in qua erant formæ argento, et auro, et pretiosis lapidibus deco-

(b) Tol. industrius.

(c) Compl. Abdiga.

ratæ : quam seniores Mechæ cupientes unanimiter reparare , navem Regis Ægypti Christiani , qui in Æthiopiam Ecclesiam cœperat ædificare , oneratam lignis , in Arabiæ litore acceperunt , et ex istis lignis deiectam Ecclesiam reparaverunt , quæ Alcahaba dicebatur. Et cum esset Ecclesia consummata , erat lapis niger in angulo apponendus (quem et hodie ob reverentiam Arabes osculantur) ; cumque maiores populi dissiderent , quis consummationis lapidem adaptaret , ultimo convenerunt , ut qui primus in porta quæ Bayssayba dicitur , appareret , ille lapidem collocaret. Accidit autem Mahomath per portam prius ceteris advenire , ^(a) et concesserunt ut ipse esset supradicti lapidis coaptator : et ipse extendens chlamydem , texit petram , et vocatis ad se quatuor de Coraxinis , tulerunt lapidem ad structuram , et ipse , ut cæmentarius , collocavit : et viderunt omnes , et miraculum reputarunt : et cum omnes crederent esse Prophetam , inquit quidam : "Cum tot seniores et viri »probabiles in vestro concilio habentur , miror , quare hunc adhuc »iuvenem omnibus prætulistis." Et iurans , et interminans : "Hic sine »dubio vos disperdet." E contrario alii resistebant , dicentes à diabolo sic locutum. Viri autem seniores et populus reparatam Ecclesiam iuxta dignitatem pristinam ornaverunt , et tunc Mahomath suasit eis , ut semper versus illam Ecclesiam adorarent. Erat autem Mahomath annorum triginta quinque. Post hæc Mahomath fecit moram per quinquennium apud Me-

(a) Compl. consenserunt.

cham , et ibi multis dissensionibus cum his qui erant de genere ^(b) Coraxinorum , et idola adorabant , frequentius concertabat , unum Deum tantummodo prædicans adorandum : sed quia illi potentia præminebant , eum à Mecha in Hiatrib fugere compulerunt.

(b) Compl. et Tol. hic et infra Coraxi.

CAP. III.

De prædicatione , et rebellionem eiusdem.

Post quinque autem annos , cum esset annorum quadraginta , Mecham intravit , et ibi latuit per tres annos , nolens se ostendere Prophetam ; et ibi mentitur sibi datum ab Angelo librum , qui dicitur Alcoranus : et quia adhuc Mecha pro maiori parte à Coraxinis idolorum cultoribus tenebatur , ipse , quasi humiliter cedens , in villam suam Hiatrib declinavit ; et postea resumptis viribus , intravit in Mecham , et eos qui erant de genere Coraxinorum , et ei restiterant , vi et potentia captivavit , et quasi impropers , dixit eis : "Quid de vobis faciam ?" At illi dixerunt : "Bene : quia estis largus , et curialis." Et ipse continuo dimisit eos , et deinceps humiliter subfuerunt. Tunc præcepit , ut in turribus , ubi consueverant campanæ pulsari , Sarracenus quispiam proclamaret : sicut et adhuc hodie proclamatur à cultoribus suæ sectæ. Præcepit etiam , ut in mense Ramadam ieiunarent triginta diebus , et aliis triginta diebus in mense qui dicitur Almoharram : et domum in qua ipse natus fuerat , fecerunt Mezquitam. Anno autem Imperatoris Heraclii septimo , Sisebuti Regis

gis

gis Gothorum quinto , nativitatissuæ quadragesimo , Mahomath vidualibus divitiis inclitatus , et falso miraculo lapidis ^(a) à populo approbatus , cœpit grandia cogitare , et rebellia contra Romanorum imperium procurare , et clanculis suasionibus populos concitare , ostendens eis , qualiter servitutis amaritudine premerentur , et exinaniti censibus et tributis , paupertate continua vexarentur , et sola ignavia tenebantur , cum vi et numero possent repellere potentiam Romanorum.

CAP. III.

De victoria Machometi contra Romanos.

Cumque ^(a) plurimis taliter suasisset , accidit , quod Heraclius Imperator mitteret nuntios pro tributis ; sed Mahometh cum suis complicibus hoc prænoscens , eis occurrit , et negatis tributis , fultus audacia , interfecit : et sic assumptis viribus , interdum furtim , interdum publice , prout negotium exigebat , Syriam , Arabiam , et Mesopotamiam , fraude potius quam virtute , suo proposito inclinavit : et adeo civitates et oppida stimulavit , ut iugo servitutis abiecto , iam aperte inciperent rebellare. Eisdem diebus Heraclius somniavit , quod mures , è terra nascentes , sibi extrema vestium corrodebant ; et tunc misit ampliorem exercitum cum Theodoro fratre suo : sed victi ab exercitu Machometi , ad Heraclium redierunt , ampliorem exercitum collecturi. Tunc Heraclius fratri suo Theodoro visionem murium revelavit , et restaurata multitudine bellatorum , Romanorum exercitus

cum Theodoro ivit contra exercitum Machometi. Sed adeo invaluerat rebellium multitudo , quod Romanæ legiones , verentes à facie Machometi , ad Gabbatam oppidum secesserunt , rebellium exercitu subsequente , ubi pugnae periculo crebescente , succubuit exercitus Romanorum ; et Theodoro interfecto , ceteri strage et gladio perierunt , præter paucissimos , qui fuga et latebris evaserunt : et ex tunc fuit iugum imperii Romanorum excussum ^(c) à cervice Sarracenorum.

CAP. V.

De sublimatione Machometi in Regem , et de visionibus mendaciter excogitatis.

Et continuo , superba victoria elevati , Damascum adeunt , nobilissimam et regiam Syriæ civitatem : in qua , attendentes quod per eum adepti erant libertatem , eum in Principem elegerunt , et regni solium concesserunt. Quo adepto , verens Mahomath , ne de populis sibi subiectis , qui christianis legibus subiacebant , Romano Pontifici obedirent , et reconciliati , imperio adhærerent , legem statuit , ^(d) qua , quasi funiculis , peccatorum damnandas animas colligaret , cœpitque fabulis detestandis seducendas animas ^(e) mulcere. In eius secundo libro reperitur scriptum , quod Mahomath insidebat uni bestia , quæ dicitur ^(f) Aborac , et præponebat pedem posteriorem super pedem anteriorem , et talibus bestiis Prophetæ consueverant insidere : et in tali bestia Mahomath Ierusalem est profectus , et , ut ipse in libro suo mentitur , invenit ibi Abra-

(a) Compl. pluribus approbatus.

(c) Compl. cervicibus.

(b) Compl. plurimos.

(d) Compl. invenire , quæ.

(e) Compl. demulcere.

(f) Compl. Aborach.

(a) Al. hic et
infra *Jeremiam*.

Abraham, Moysen, et ^(a) Iesum, et Prophetas alios ex antiquis, qui ibi convenerant ad orandum, et obtulerunt Machometo tria vasa, unum lacte, aliud vino, aliud plenum aqua: et audivit vocem cœlitis hoc dicentem: "Si vas aquæ acciperis, cum populo tuo submergeris: si vas vini, cum gente tua peribis: si vas lactis, tu cum populo tuo dirigeris." Et ipse accipiens scyphum lactis, bibit ex eo. Tunc Gabriel Angelus dixit ei: "Nunc es directus, tu et omnis qui crediderit legi tuæ." Et oratione facta, cum ^(b) Hierosolymis recessisset, quod viderat, discipulis revelavit, et addidit, quæ sequuntur. "Cum vidi, inquit, Abraham, Moysen, et Iesum, oculi corporis dormiebant, sed cordis oculi vigilabant, et vidi quod Abraham similis erat mihi: Moyses autem erat rubeus, atque crispus: Iesus autem, Mariæ filius, flavus capillis, nec longus, nec parvus, sed dispositione et statura media coaptatus; et videbatur aqua ab eius capite prosilire, verumtamen aqua non erat ibi." Addidit etiam in hoc libro: "Ad primum cœlum Gabriel me perduxit, et me benigne Angeli in isto cœlo receperunt, ^(c) et cum risu et gaudio respexerunt, dicentes communiter: Bene, bene: orantes mihi prospera et iocunda. Unus solus inter Angelos consistebat, qui nec mihi oravit prospera, neque risit. Cumque quæsissem ab Angelo, quisnam esset, respondit: Numquam risit hic Angelus, ^(d) nec ridebit: hic est Angelus custos ignis. Et dixi Angelo: Est hic Angelus qui à Deo dicitur nimis

(b) Compl. d
Ierosolymis.

(c) InTol. deest
et.

(d) Tol. non
habet nec ridebit: hic est Angelus.

dilectus? Et respondit Angelus: "Hic est ille. Tunc dixi ei: Præcipite, inquit, ut ostendat mihi ignem. Iubente itaque Gabriele, removit tegimen ollæ ignis: et ignis ascendens, timui, ne omnia quæcumque videram, concremaret; et rogavi Gabrielem, ut ignis iterum tegeretur: et ignis rediit in locum suum, et videbatur, ut sol, cum occidit in occasu: et tristis Angelus, ut prius fuerat, textit ignem. Similiter, cum intravi cœlum, inveni hominem venerandum in sede sedentem, et ostendebantur ei animæ omnium mortuorum: et cum videbat animas quæ sibi non placebant, ab eis intuitum avertibat, improperans eis: Peccatrix anima, ab infelici corpore exivisti. Et cum ^(e) ostenderetur ei anima quæ placebat, applaudens, animæ inquietabat: O felix anima! à bono corpore exivisti. Et interrogavi Angelum de viro tantæ reverentiæ, quisnam esset; et Angelus dixit mihi: Adam est, qui bonis sui generis congaudebat, et à malis faciem avertibat, et pœnas peccantium ostendebat. Vidi etiam in eodem cœlo, qui carnes pingues et optimas manducabant; et alios qui, postpositis pinguibus, de fœtidis comedebant. Cumque quæsissem, isti homines quinam essent, respondit Angelus: Primi sunt, qui uxoribus legitimis adhæserunt: alii, qui legitimas non curantes, fœdis commerciis ^(f) ventis mulieribus se dederunt. Postea duxit me Gabriel ad secundum cœlum, et inveni ibi Iesum filium Mariæ, et Hyaya quem nos Ioannem dicimus, filium Zachariæ.

(e) Compl.
ostendebatur.

(f) Al. utentes.

»cha-

»chariæ, qui erant consobrini. Postea Gabriel in cœlum tertium
 »me induxit, et inveni hominem, »cuius forma erat, ut plenæ lunæ:
 »et Gabriel dixit mihi: Hic est Ioseph, filius Iacob Patriarchæ.
 »Postea duxit me in cœlum quartum, ubi inveni hominem venerandum;
 »et Gabriel dixit mihi: Hic est Aaroho, et erat ibi cum eo^(a) Iduz, qui cœlum ascendit.
 »Post hæc duxit me Gabriel in quintum cœlum, et inveni ibi hominem senem et pulchrum; et dixit mihi: Hic est Aaron, filius Abrahæ. Postea duxit me in sextum cœlum, et inveni ibi hominem rubeum et procerum; et dixit mihi: Hic est Moyses. Postea fecit me ascendere in septimum cœlum, et inveni ibi hominem canum, sedentem in sede apertæ domus, quæ à pluribus Angelis habitabatur; et^(b) intraverant in ea LXX. millia Angelorum, et non^(c) redierunt usque ad diem iudicii: et Angelus dixit mihi: Hic est Abraham, pater noster. Post hæc introduxit me in paradysum, et inveni ibi puellam formosam, quæ multum placuit in oculis meis, et interrogavi eam, cuius esset: quæ respondit: Hic servor Zayt, filio Hyarith: et cum descendissem de paradiso, nunciavi hæc Zayt, filio Hyarith, qui de meis consortibus unus erat. Et in omnibus cœlis, ad quos ascenderam, interrogabant Angeli Gabrielem, et ipse dicebat eis: Hic est Mahomath. Et interrogabant cum gaudio: Est iam missus? et ipse inquit: Iam est^(d) missus. Et ipsi omnes orabant, ut Deus adderet mihi vitam, tam-

»quam fratri suo et amico. Postquam autem transieram septem cœlos, Gabriel me proposuit ante Deum, et mandavit mihi, ut quolibet die dicerem quinquaginta orationes. Ego autem conversus ad Moysen, amicum meum optimum, dixi ei, qualiter Deus mihi mandaverat, ut quolibet die dicerem quinquaginta orationes, sed tot orationes graves esse ad dicendum, cum gens, conversa noviter, non posset tantum onus quotidie tolerare: et Moyses, conversus ad Deum, obtinuit, ut decem orationes relaxarentur. Et iterum à me rogatus, obtinuit alias decem: et sic paulatim descendens, omnes abstulit, præter quinque.^(e) Itaque quicumque quolibet die quinque orationes dixerit, remunerabitur quasi pro quinquaginta. Mahomath autem, anno ætatis suæ quadragesimo, apud Mecham frequentius morabatur, et ibidem prædicta omnia, et multa alia ridicula et nefanda, sibi dicta à Gabriele Angelo mentiebatur, ut populos quos ad rebellionem concitaverat, sectæ suæ mortis funiculis colligaret: et, ut virus malitiæ suæ occultaret, prædicabat omnibus unum Deum; Mecha autem tenebatur cultu plurium idolorum. Cognatio autem^(f) Coraxinorum convenerunt in domum Abutalib, qui erat patruus Machometi, conquerentes de eo, quod eorum legem, et Deos patrios aboleret; sed quod ipse et ipsi in suis ritibus remanerent: et iam Mahomath habebat aliquos de suis consanguineis conniventes.

(a) Compl. Idriz.

(b) Compl. intrant.

(c) Compl. redeunt.

(d) Compl. emissus.

non loT (a).
 (e) Compl. Ita quod quicumque quolibet die quinque orationes fecerit.

(f) Compl. Coraxi.

CAP. VI.
De disceptatione legis cum Coraxinis, et morte eius.

Prædictus autem Abutalib convocavit Mahomath, et alios Coraxinos super lege et idolis querelantes, et dixit ei Abutalib: "Ecce isti habent aliqua adversum te." Mahomath autem respondit ei: "Sustine me modicum perorare." Tunc ille: "Non est, inquit, Deus alius præter unum: et recedite ab idolis, quæ hactenus coluistis." Tunc illi, manus manibus collidentes, indignati animis, responderunt: "Cur Deos nostros vis à patria extirpare?" Et dixerunt: "Iste homo à proposito non cessavit; ^(a) sed maneat in sua lege, et nos ritus patrios observemus." Et tunc ab invicem recesserunt. ^(b) Abutalib autem dixit Mahomath: "Bona videntur ^(c) ratio quam dixisti." Tunc Mahomath: "Dic, inquit, verbum quod prædicavi, et convertere ad legem meam." Abutalib autem respondit ei: "Libenter facerem; sed diceret genus nostrum, quod metu tui, et timore mortis talia proferebam: nec volo perdere gratiam propinquorum." Ex tunc Mahomat cœpit sectam suam publice prædicare, et ad rebellionem populos concitare, et aliquos seducebat, quia unum Deum tantummodo prædicabat; et mentiens Gabrielem Angelum ad se missum, quæ deceptis populis prædicabat, dicta sibi ab Angelo asserbat: et frequenter in contemplationem invisibilium se rapi simulans, quasi destitutus sensibus, se in terram, ut exanimem, prosternebat; et stulti populi cum An-

(a) Tol. non habet sed maneat in sua lege.

(b) Compl. hic et alibi Abutalip; sed alibi habet Abutalib.
 (c) Tol. oratio.

gelo loqui æstimabant. Demum autem, quasi restitutus spiritu, præcepta aliqua proferebat, quæ sub uno compacta capitulo ^(d) Zoara appellabat: et per tales Zoaras distinguitur liber eius, qui dicitur Alcoranus: in quo tot ignominiosas Zoaras prædicavit, quod puderet dicere, nedum sequi; quas tamen, viru diabolico debriati, et libidine dulcorati, infelices populi receperunt; et adhuc in sua perfidia permanent obstinati, nec legem vitæ et disciplinæ desinunt infestare. Mahomath itaque fraudibus, et incursibus, et infami doctrina corda gentium in sua pertinacia solidavit. Annis autem decem expletis, ex quo apud Damascum regni susceperat principatum, moritur, et sepultus est in inferno, Æra DCLXVI, anno Heraclii decimo septimo, et Suintilæ Regis Gothorum septimo.

(d) Al. Iobara
 Al. Zobara.

CAP. VII.
De Abubacar, Omar, et Moabia, et eorum præliis.

Mortuo Mahomath, Abubacar, eius gener, et contribulis, in regni solio subrogatur. Huius tempore Romani Persidem reliquerunt, quam Abubacar bellis indesinentibus occupavit, Æra DCLXIX, anno Heraclii vicesimo, anno Arabum decimo tertio. Et incipiente anno Arabum decimo quarto, mortuo Abubacar, Omar in solio regni Arabum collocatur, et decem annis regnavit. Hic fuit rigidus, et in præliis valde constans. Hic obsedit Alexandriam in Ægypto, et captam, constituit sub tributo, et totam Ægyptum ditio-

ni

ni suæ, et sectæ subdidit Machometi; et tam de partibus Orientis, quam de partibus Africanis, triumphum victoriæ reportavit. Et dum quadam die orationi instaret, fuit à quodam suo clientulo interfectus. Post mortem Omar, Autuman successit in regno, et regnavit annis XII. Hic ^(a) Libiti, Marmorichin, Pentapolim, Gazaniam, et Æthiopiam, quæ supra Ægyptum plagis adiacent ^(b) Sarracenorum, suæ sectæ, et suæ subdidit ditioni. Plurimas etiam civitates Persarum, quas Omar non potuerat obtinere, obtinuit, et posuit sub tributo: demum à suis est interfectus. Mortuo Autuman, Moabia qui et Maula, successit in regno anno XXXV. Arabum, et regnavit annis XXV; sed quinque annis (quia regnum eius ^(c) turbatio variavit) contra suos multa proelia gessit. Post quinquennium suis sedatis, feliciter rexit regnum: sed adversus eum Constans Augustus, plus quam mille naves aggregans, infeliciter transfretavit. Cum enim bellatorum discrimina inchoassent, Moabia, præcedente quodam, Abdalla nomine, qui in exercitu Arabum principatum militiæ tunc tenebat, cœperunt acriter decertare: sed victus Augustus, vix cum paucis per ^(d) æquor aufugiens, læsus evasit, et plures de suis captivitate et gladio ceciderunt: et Moabiæ et Abdallæ nomen et gloria accreverunt. Abdalla autem volens victoriam ampliare, Tripolim Ægypti venit, et eam et Cidamis suæ victoriæ subiugavit: et post desolationes plurimas diversis patriis subiugatis, et multis provinciis domitis, et vastatis,

et ^(e) captivis plurimis in fide receptis, Africam attentavit cum multis phalangibus bellatorum. Cumque ex adverso Comes Gregorius advenisset, utrimque fuit proelium inchoatum; sed pars Afrorum morti et fugæ penitus derelicta, infeliciter est deleta: et sic omnis decor gloriæ Africanæ in Arabes est translatus. Abdalla itaque, spoliis et divitiis inclitus, cum suis cohörtibus reversus est in Ægyptum. Moabia autem peragebat decimum regni annum: qui cum vidisset in Africa prospere sibi successisse, centum millia bellatorum in obsequium Izit filio suo dedit, ut cum eis Constantinopolim festinaret: qui illam adiens, paravit obsidionem, et per totum vernum tempus bellis indesinentibus infestavit; sed quia urbis magnificentia obsistebat, et fames et pestis laborem impugnantium fatigabat, urbe relicta, oppida plurima expugnarunt, et adiacentem patriam devastarunt: et onusti prædis et divitiis, post biennium Damascum, regiam urbem, redierunt. Postea autem partes Orientales bellis indesinentibus suæ sectæ et dominio subiecerunt, et expletis XXV. annis in regno, naturæ debitum solvit.

CAP. VIII.

De Izit, et Maula, et Abdelmelic filio eius, et victoriis eorum.

ANNO imperii Arabum LXI, ^(f) Izit, natus Moabiæ, obtinuit patris regnum, et regnavit iucundissime tribus annis. Hic subdidit sectæ suæ vicinas undique nationes, eo quod cunctis gratissimus habebatur: numquam enim,

li ut

(a) Compl. Libiti.

(b) Al. legit Sarracenorum sectæ.

(c) Tol. turbatum.

(d) Al. equos.

(e) Al. catervis plurimis in fide deceptis.

(f) Tol. Ucit.

ut moris est hominum, regalis fastigii gloriam appetivit; sed ^(a) curialiter cum omnibus se habebat, et communiter omnibus ^(b) convivebat: et expleto regni triennio, vitam finivit, et reliquit Maulam filium successorem, anno imperii Arabum ^(c) LXI. Hic patriis moribus similis, cum ad regni fastigium pervenisset, tertiam partem tributum omnibus condonavit: qui, anno dimidio in regno expleto, vitam finivit. Post ^(d) eius mortem exercitus Arabum per quattuor fere annos bifarie est divisus, et innumerabiles cædes Arabibus provenerunt: alii enim Maroan, alii Abdallam sequebantur. Sed Maroan Constantino Cæsari mille solidos auri probati, et variam suppellectilem annis singulis impendebat, ut ei adiutor fieret, aut saltem non impediret; et quæ Arabes à Romanis evicerant, fuit præteritorum temporum captivitas relaxata. Hoc tempore Ervigius præficitur regno Gothorum. Cumque inter Maroan ^(e) incidisset et Abdallam longa concertatio, tandem Abdalla, qui fuerat princeps militiæ regis Moabiæ, et multis divitiis, quas ab Africa tulerat, abundaret, eiecto Maroan, solus obtinuit principatum, anno imperii Arabum LXVII, et quattuor annis regnavit. Post quos Abdelmelic, iunioris Maulæ filius, contra Abdallam Arabum regnum ^(f) intentat, et favore patrum ad successionem debitam elevatur, anno imperii Arabum LXX: regnavit annis XXI. Hic Abdallam, æmulum suum, persequens, apud Meham Abrahæ domum, ut ipsi autumant, quæ est inter Archas et Carram

(a) Al. civiliter.

(b) Tol. convebat.

(c) Compl. et Tol. LXII.

(d) Compl. curius.

(e) Compl. et Abdallam longa concertatio incidisset.

(f) Compl. tentat.

Mesopotamiæ, interfecit: post quod sapientissime bella civilia compressit. Huius anno quinto ad regnum Gothorum Egica sublimatur, et iterum eius decimo sexto anno Vitiza in regno substituitur Ægicæ patri suo. Abdelmelic autem, consummatis in regno XXI. annis, vitam finivit.

CAP. IX.

De Ulit.

Anno autem imperii Arabum XCI, Ulit, eius filius, ad regnum Arabum sublimatur. Huius quinto anno Rodericus, seditionibus procuratis, regnum Gothorum invasit. Ulit autem, per quattuor annos bella peragens, imperium Arabum mirabiliter dilatavit. Erat enim vir magnæ prudentiæ, et in disponendis exercitibus valde cautus: et quia futurus erat virga furoris domini in populos Hispaniæ pestilentes, divino auxilio ferebatur, ut vicinas gentes suo imperio subiugaret; Romaniamque et multas provincias Romanorum vastatione assidua conculcavit. Insulas etiam et fines Indiæ domuit, devastando civitates plurimas, oppida, et castella obsedit, et occupavit. In Libyæ anfractibus omnem ^(g) Mauritaniam subiugavit. In occiduis partibus regnum Gothorum, antiqua soliditate firmatum, obtinuit, et afflixit: quod à tempore Leovegildi per annos CXL. pace continua fuit lætum. Hic per duces exercitus sui Muzam Hispanias domuit, et regni abstulit dignitatem, et constituit ^(h) vectigalia. Anno imperii Ulit quarto, Muza Abennocayr, princeps militiæ Ulit

(g) Al. Mauritaniam.

(h) Compl. vectigales.

Re-

(a) Compl. *Abenzarca.* Regis, misit Taric^(a) Abenzarca cum exercitu citra mare, qui et Rodericum, ultimum Regem Gothorum, bello fugavit, et Hispanias subiugavit. Demum veniens in Hispaniam Muza, civitates plurimas occupavit, et infinitas divitias congregavit, inter quas mensam lapideam, coloris viridis, immensæ magnitudinis, adinvenit, quæ habebat CCCLXV. pedes, et mensa et pedes ex uno lapide erant. Hæc mensa dicitur inventa in villa quadam, quæ Arabice dicitur^(b) Medina Almeyda, latine autem interpretatur civitas mensæ: et erat iuxta montem qui adhuc hodie dicitur^(c) Gebelculeman, et imminet burgo Sancti Iusti. Hanc Taric cum multis aliis divitiis dedit Muzæ. Muza itaque, Taric, et Mogeyt Hispanias devastantibus, præcepto^(d) Ulit ab Hispaniis revocantur. Cumque oporteret eos ad edictum Principis festinare, Muza dimisit filium suum Abdulariz Principem citra mare, qui apud Hispalim constituit sedem suam: et fertur uxorem Regis Roderici, nomine Egilonem, sibi in coniugem assumpsisse; et ab uxore suusus, more Regum Gothorum sibi imposuit diadema: unde et Arabes, Christianum putantes, consilio^(e) Ayubabenhalib, dum in oratione persisteret, occiderunt; regnaverat autem tribus annis, et Ayub, eo quod erat in secta Machumeti prudentissimus, in regni solio subrogarunt: et ab isto dicitur Calatayub fuisse ædificata: et ista curiam Arabum ab Hispali transtulit, et Cordubæ instauravit.

(d) Compl. hic et infra *Walit*, sed supra *Ulit*.

(e) Compl. *Ayubabenbabib*.

CAP. X.
De morte Muzæ, et Ulit, et regno Zuleman, et morte eius.

Muza autem cum Taric et Mogeyt, ducens secum infinitam pecuniam, et ex Christianis triginta millia captivorum, et mensam viridem, et plurimos lapides pretiosos, pervenit in Syriam ad Regem, ubi Ulit tunc temporis residebat: sed Taric qui odium conceperat contra Muzam, prævenit Muzam, et se Regis conspectui præsentavit, accusans Muzam, eo quod de divitiis^(f) Hispaniarum plurima occultarat, et modica deferebat. Cumque Muza se Regis conspectui præsentasset, male receptus, cum ignominia est eiectus, privatus potentia et honore. Demum condemnatus in mille millibus, et in decies centum millibus solidorum, et dolore vario circumseptus, vitam finivit anno Arabum XCVII. Et quia Ayub, de quo diximus, Muzæ consanguinitate aliqua attingebat, Amiramomeni fecit eum à regno Hispaniæ removeri, et Alohor, filium Abderramen, in regno Hispaniæ subrogavit, qui duos annos et novem menses in regno explevit. Ulit autem, omnia prospere gerens, receptis copiis^(g) immensarum gentium, et divitiis quas gens misera vomuerat Hispanorum, vitæ termino consummato, cum regnasset annis XI, vitam finivit. Mortuo Ulit, Zuleman frater eius succesit in regno Arabum anno XCVIII, et tribus annis regnavit. Hic, misso exercitu Arabum,^(h) Romaniam graviter devastavit. ⁽ⁱ⁾ Pergamum, antiquissimam et florentissimam minoris

(f) Tol. *Hispaniæ plurima occultaret, et modica differebat.*

(g) Compl. *universarum.*

(h) Compl. hic et alibi *Romaniam.*

(i) *Al. Pergramum.*

Asiæ civitatem, ultrici incendio concremavit. Misit et Alohor, quem Hispaniæ præfecerat, ut Narbonensem Galliam devastaret, et citeriorem Hispaniam in qua Christiani aliqui rebellaverant, subiugaret, qui et prædictam Galliam, et utramque Hispaniam, vi, fraude, et deditone receptans, vectigali subdidit servituti. Zuleman autem, filius Abdelmelic, nepotes suos, filios Ulit, scilicet, Omar et Izit, sibi ad regni regimen sociavit. Inter hæc Alohor Cordubam retentavit, et Christianos ibidem degentes, emunctos usque ad exinanitionem extremæ virtutis, tyrannide coarctavit. Arabes autem qui fuerant primæ vastationi, carceris ergastulo, et ciliciorum asperitate, et fame, et inedia maceravit, adeo ut vermes, sive pediculi in ciliciis scaturirent, et quæstionibus ^(a) eos afflixit, ut absconditos thesauros revelarent. Hoc tempore eclipsis ^(b) solis ab hora sexta usque ad horam nonam duravit, et stellæ ut in tenebris apparebant. Verum quia Izit ob sanctimoniam suæ sectæ ab omnibus amabatur, et sanctissimus habebatur, Omar, frater ipsius, eum in tutelam regni adscivit. Omar autem, benignitate nimia præditus, à præliis, quantum poterat, abstinerebat. Tantæ enim dulcedinis et patientiæ fuit in regno, ut tantus honor ei exhiberetur, et tantæ laudis præconio effloreret, quod non solum à suis, sed et ab exteris præ cunctis Principibus laudaretur. Tanta ^(c) enim sanctimonia ei adscribitur, quanta numquam ulli Arabum fama veridica recognovit: qui et Princeps paucorum dierum vitam finivit.

(a) Compl. eo afflixit.

(b) In Tol. deest solis.

(c) Tol. etiam.

CAP. XI.

De Izit, et Izit, et obsidione Tolosæ, et principatu Ambizæ.

EO mortuo, Izit regni gubernacula cepit solus. Tunc quidam alius, Izit nomine, qui de genere suo erat, et apud Persas tutelam gerebat, rebellionem molitus, bella civilia procuravit: sed Izit misit quemdam, Muzillima nomine, cum infinito exercitu, ut rebellionis iniuriam edomaret; et in campis Babylonicis supra Tigrim turba rebellantium dilabatur fuga magna, et actor sceleris, comprehensus, veniæ reservatur. Tunc etiam in Occidentis partibus multa illi prospera provenerunt; nam Zama qui tribus annis ducatum tenuit, in Hispaniis proprio stilo descripsit vectigalia Hispanorum, et quod prius indivisum ab Arabibus ^(d) habebatur, ipse partem reliquit militibus dividendam, partem fisco de mobilibus et immobilibus assignavit, et Galliam Narbonensem divisione simili ordinavit, et Francorum gentem bellis frequentibus stimulavit, et Narbonæ ob tuitionem patriæ ^(e) electos milites collocavit. Ipse autem bellis plurimis Tolosam veniens, obsidionis ambitu circumcinxit, et cœpit eam variis machinis impugnare. Gens autem Francorum cum Eudone, exercitus sui duce, in obsessorum auxilium supervenit. Cumque uterque exercitus cœpisset acriter dimicare, Franci Zamam, ducem Arabum, cum parte multitudinis peremerunt: reliqui, obsidione relicta, se fugæ patrocínio commiserunt, et qui evaserant, Abderramen

(d) Tol. habebat.

(e) Al. electorum.

men

men super se Principem elegerunt, donec principalia iussa venirent. ^(a) Per idem tempus Frodoarius Accitanæ sedis Episcopus, et Urbanus Toletanæ sedis, Veteranus, Melodius, et Evancius eiusdem Toletanæ sedis Archidiaconus, doctrina, sapientia, sanctitate, in fide, spe, et caritate, ad confirmandam captivam Dei Ecclesiam, clari habentur. Ixit autem misit præfectum in Hispanias ^(b) Adham, filium Melic, et præcepit ei, ut civitates, oppida, et castella, quas primum Arabes expugnaverant, subiiceret sub tributo, videlicet, ut quintam partem omnium proventuum fisco regio solverent annuatim, quæ autem se sponte reddiderant, ^(c) decimam tantum solverent pro tributo; et hi et illi in suis possessionibus liberi remanerent. Iste Adham pontem Cordubæ fecit fieri anno imperii Arabum CII. Adham, cum duobus annis et dimidio Hispaniis præfuisset, et à vastatione Tirasonæ rediret, fuit à suis ^(d) proditionaliter interfectus; et Ixit Amiramomeni præfecit Hispaniæ quemdam qui dicebatur Ambiza, anno regni Arabum CIII, et quattuor annis et dimidio principatum Hispaniæ apte rexit. Gentes Francorum, proelia meditando, sæpius intentavit, et per directos Satrapas insequendo, infeliciter decertavit: nihilominus tamen furtivis obreptionibus nonnullas eorum civitates et oppida stimulavit, et pro huiusmodi infestationibus Gallicorum super Christianis vectigalia duplicavit. Cumque honorum fascibus in Hispaniis triumpharet, postremo per se expeditionem in-

geminat contra Francos, et ^(e) incursionem in eos, assumpta audacia, meditatur. Sed cum cœpisset cum exercitu proficisci, morte ^(f) propera vitam finivit. Ipse autem Ambiza, in ultimo constitutus, quemdam qui Odra dicebatur, Consulem patriæ sibi commissæ, et principem exercitus rependantis, voluntate propria ordinavit. Sed Arabes in continenti ^(g) Amiramomeno Ambizæ obitum nunciarunt, et ^(b) Odræ pariter successionem. Ixit autem in continenti misit eis quemdam, qui ⁽ⁱ⁾ Gabye dicebatur, et erat filius Zulemæ, anno regni Arabum CVII: et fuit terribilis potestator, et regnavit duobus annis, et dimidio: homo acris ingenii, crudelis domini; tamen iustitiæ intendebat: nam Arabes, sive Mauros, qui res pacificas abstulerant Christianis, coegit debite restaurare.

CAP. XII.

De regno Hyscam.

Huius temporibus Ixit, quarto regni sui anno completo, vitam finivit, et fratrem proprium, Hyscam nomine, instituit successorem, tali pacto, ut filius eius proprii seminis, Abulit nomine, fratri succederet in honorem. Hyscam autem in suæ primordio potestatis, anno regni Arabum CVII, satis modestum et pacificum se ostendit; et regnavit annis XXI: et in partibus Orientis, ac Romania prospere multa gessit, non personaliter, sed per duces terra et pelago destinatos. In Occidentis partibus nil gessit præclarum. Demum tanta cupiditate fuit illectus, ut de nul-

^(a) Tol. Post.^(b) Compl. et Al. Azam hic et infra.^(c) Tol. decimum.^(d) Compl. et Tol. perditionaliter.^(e) Compl. incursionem.^(f) Compl. propria.^(g) Al. Amiramomenino.^(g) Tol. Odræ.^(b) Compl. Hyabie.

nullo, nisi de collectione pecuniæ cogitaret; adeo ut omnes Reges qui eum præcesserant, præcelleret in divitiis congregatis: ^(a) unde quia emunctionis iniurias non poterant tolerare, multæ provinciæ, sibi subditæ, vota sua ab eius ^(b) proposito fere per annos quattuor retraxerunt, strage plurima subsequente; nec discessum huiusmodi potuit reformare. Provinciæ autem, eius dominio subditæ, et secta Mahometica inquinatæ, dignum est, ut propriis nominibus exprimantur. Videlicet, Iconia, cuius metropolis Iconium: Lystria, cuius metropolis Lystris: Alapia, cuius metropolis civitas eiusdem nominis: Chaldæa, cuius metropolis Babylon destructa: Assyria, cuius metropolis Ninive: ^(c) Media, cuius metropolis Ecbatanis: Hyrcania, cuius metropolis Anthiolos: Persis, cuius metropolis Susa: Mesopotamia, cuius metropolis Aram, sive Carra: Syria superior, cuius metropolis Damascus: Coeles Syria, sive Phœnicia, cuius metropolis Tyrus: Syria inferior, cuius metropolis Antiochia: Iudæa, cuius metropolis Ierusalem: Ægyptus, cuius metropolis Alexandria: Arabia maior, cuius metropolis Baldac: Æthiopia, cuius metropolis Nadaver: Africa, cuius metropolis Carthago: Hispania, cuius metropolis Toletum. Has omnes provincias subiugavit secta et gladius Mahumeti. Aliquando etiam Siciliam, cuius metropolis Panormum, et Calabriam, cuius antiqua metropolis Rhegium, et partem Appuliæ, et Galliam Gothicam, cuius metropolis Narbona, et Vasconias, cuius metropolis Auxis,

(a) Tol. unum.

(b) Tol. proposito.

(c) Tol. et Al. Medea.

et Burdegala, suæ potentiæ subiugavit. Anno itaque regni Arabum CXI, Hyscam vero sexto, suscepit regnum Arabum in Hispaniis ^(d) Odayfa, Alcayci auctoritate à duce Africano recepta. Hic fuit vir levitate plenus, et vacuus gravitate; præ paucitate autem temporis nil dignum memoria legitur peregissee. Istò à regno repulso, Hyscam ^(e) Amiramomeninus Hymen filium Abinazæ ad regimen Hispaniæ destinavit anno regni Arabum CXI, Hyscam vero sexto. Hic quinque mensibus Hispanias gubernavit, post quos vitam finivit; et missus fuit alius, Autuman nomine. Hic per quattuor menses rexit terram. Post quem Hyscam substituit alium, nomine Alhaytam, filium ^(f) Obyt, qui veniens in Hispaniam, sigillum et auctoritatem Principis, quam ferebat, patenter et strenue demonstravit: et per decem menses turbidus terram rexit: et intellexit aliquos de Arabibus in depositione eius colloquio clandestino conspirare; unde et eos capiens, conspiracy propositum flagellis ^(g) extorsit. Demum iussus ab æmulis transmariis, quos pœnis afflixerat, capitibus detruncavit. Inter quos Zath Sarracenum, sanguine nobilem, facundia clarum, diversis rebus et divitiis opulentum, pœna afflictum, flagris illusum, colaphis cæsum, inhumaniter flagellavit.

(d) Compl. Odayfa.

(e) Tol. Amiramomeni.

(f) Compl. Obyt.

(g) Tol. extorsit.

CAP. XIII.

De Zath, et Abdalla, et Abderramen, et eius victoriis.

Zath autem, manus eius evadens, ad petitionem gentis eorum quorum

rum sanguinem effuderat inhumane, Amiramomeni se conspectibus præsentavit: et cum eo ^(a) Manmen mittitur Sarracenus cum relatione auctoritatis absconsa, ut absque cunctatione aliqua Abderramen, ^(b) Alhaytam eiecto, ad regni regimen sublevetur. Sed cum Manmen Cordubam pervenisset, ^(c) Abderramen non potuit invenire, et statim Manmen Alhaytam captum carceri mancipavit: nec mora fortiter flagellatum, turpiter iudicatum, capite decalvatum, post terga manibus colligatum, catenis ferreis alligatum, ab asino deportatum, per civitatem attractum, tantis ludibriis reservatum, iterum carcerali custodiæ deputavit, et ibi vitam finivit. Post quem regnavit Mahomath Avenabdalla duobus mensibus: quibus completis, Abderramen invenitur. Anno imperii Arabum CXIII, Hyscam autem nono, Abderramen, vir belliger, ad potestatem eligitur Hispanorum, et regnavit fere tribus annis. Cumque de animositate et gloria superbiret, unus ex Mauris, ^(d) Munniz nomine, audiens suos temeritate iudicum indebite aggravari, pacem cum Francis illico procuravit, et rebellionem adversus Arabes ^(e) præparavit: et cum esset in præliis expeditus, multi eius desiderio paruerunt; unde et fuit status palatii conturbatus: et non multis diebus interpositis, Abderramen expeditionem agitans, rebellem insequitur conturbatus, et in Cerritaniæ oppido conclusit obsessum. Hic ^(f) multorum Christianorum effudit sanguinem innocentem, et Anabadum illustrem Episcopum, virum flo-

ridæ iuventutis, incendio concremavit; et sic Sanctorum sanguine crapulatus, siti meruit laborare. Nam quamvis oppidum Cerritaniæ ^(g) affluentibus aquis rigaretur, Munniz undique circumclusus, sitis ardore præventus, non invenit quo aufugeret moriturus; sed ut manus evaderet persequentium, desperatam animam morti offert, et dum per anfractus rupium conaretur ^(h) aufugere, manus persequentium non aufugit: nam dum in scissuris petrarum latebras quæreret, præcipitio animam exhalavit, ne vivus odioso Principi traderetur. Nuper etiam Eudo, præpositus Gallicorum, huic Munniz filiam suam, causa fœderis, in coniugio copulavit, et ad suos libitus tradidit inclinandam ob persecutionem Arabum differendam, quæ simul cum oppido Cerritaniæ fuit capta. ⁽ⁱ⁾ Viri autem exercitus caput Munniz, præcipitio iam collisum, cæde secunda detruncant, et cum filia Eudonis Regi suo ^(j) læti præsentant. Abderramen autem, de rebellium interitu iocundatus, uxorem eius, cum esset pulcherrima, summo Regi trans maria honorifice destinavit. Tunc Abderramen, victoriæ gloriam prosequi non desistens, cum vidisset terram sua multitudine esse repletam, fretosa dissecans, et montana præcalcans, Rhodanum etiam dissulcavit. ^(k) Verum cum Arelatum in multitudine exercitus obsedisset, ^(l) Francorum exercitus supervenit, et belli vicissitudine inchoata, dum utrimque plurimi cecidissent, inferioris fortunæ Gallici sunt inventi; nam fugati, periculo se ^(m) voventes, sequaci vi-

(a) Tol. *Maramen.*

(b) Compl. *Alcaytam*, infra *Alhaytam.*

(c) Compl. *Abderrama non potuit continuo inveniri.*

(d) Compl. ubique *Munniz.*

(e) Tol. *procuravit.*

(f) Compl. *multum.*

(g) Al. *affluentis aquæ abundantia regegitur.* Ita Compl. sed legit *rigaretur.*

(h) Compl. *efugere.*

(i) Al. *Uni autem.*

(j) Tol. *lato præsentatur.*

(k) Compl. *ubicum.*

(l) Tol. non habet *Franco- rum exercitus supervenit, et belli vicissitudine inchoata, dum utrimque plurimi cecidissent.*

(m) Tol. *noventes.*

cto-

ctoria sunt præventi: quorum cadavera vorax Rhodanus occultavit, et terra suscipiens, revelavit; sed et eorum tumuli adhuc hodie in Arelatensi cæmeterio ostenduntur.

CAP. XIII.

De morte Abderramen, et fuga suorum, et Carolo Martello.

Abderramen autem, lætus victoria, elatus potentia, ratus est Francorum patrias devastare. Cumque amnes ^(a) Garonæ et Dordonæ pertransisset, Eudonem, de quo diximus, invenit ad proelium præparatum; sed infelicitate præterita comitatus, in fugam dilabitur fugitivus; et tot ibi de eius exercitu ceciderunt, quod eius numerus humanæ scientiæ occultatur. Sed cum Deus concluderit ostiis mare, et ei dixerit, hucusque venies, et undas fluctuum hic confringes, Abderramen non à Deo, sed à sua potentia æstimans provenire, proposuit interiorem Galliam penetrare; et Eudonem ducem persequi non desistens, per ^(b) Petragoniam, et Sanctoniam, et Pictaviam civitates, oppida, et Ecclesias devastando, et igne continuo consumendo, et Turonis civitatem, Ecclesiam, et palatia vastatione et incendio simili diruit, et consumpsit. Eudo autem, de quo diximus, ad Consulem Franciæ et Germaniæ, nomine Carolum, virum belligerum, et rei militaris expertum, fugit, infelicitatis Francorum excidia relaturus. Carolus autem, dictus Martellus, Germanos et Gepidas secum ducens, cum Francis qui remanserant, Abderramen se obtulit ^(c) de-

vastanti. Cumque per septem dies bellis particularibus exercitus sese impeterent, demum dispositis aciebus, generali proelio dimicantes, alternis cædibus se læserunt: sed gens Austriæ, membrorum præ eminentia valida, et gens Germana, corde et corpore præstantissima, quasi in ictu oculi, manu ferrea et pectore ^(d) arduo Arabes extinxerunt, et ipsum gladio peremerunt; sicque nocte proelium dirimente, ad castra sua exercitus redierunt. Mane autem diluculo apparente, viderunt Germani Arabum tentoria, ut heri fuerant ordinata, et putaverunt Arabes vel proelium restaurare; et cum exploratorum officio vacua percepissent, ^(e) iverunt ad spolia et ^(f) manubria dividenda: et verentes, ne Arabes forte in stratis vel semitis insidias procurarent, Germani et Franci in patrias redierunt. Arabes autem qui evaserant, per compendia ad Galliam Gothicam sunt reversi.

CAP. XV.

De Abdelmelich, et Ocha.

Anno Arabum CXVI, Hyscam Amiramomeni misit quemdam, Abdelmelich nomine, de nobili genere, qui dum in Hispaniam pervenisset, post tot clades et pericula invenit eam opulentiam non oblitam, et bonis omnibus abundantem, et quasi malogranatum augustalibus deliciis efflorentem. Ipse autem quattuor annis regnans, qui dispensator esse debuerat, inventus est dissipator, discolor, et petulans; et prosperitatem patriæ reputans ^(g) inopiam, flagrantis petulantiam malitiam pro-

(a) Compl. Gorgonia.

(b) Compl. Petragoricam.

(c) Tol. devastantis.

(e) Compl. ardua.

(e) Tol. ruerunt.

(f) Compl. manubria.

(g) Compl. inopinam.

palavit, et patriæ iudices blandiendo, pro iure iniurias, pro pace angarias, pro regimine nocua cœpit in Hispaniis exercere, ut redivivæ plagæ angustias ^(a) temperatas mordaci tyrannide renovaret; nec aliquid utile, aliquid strenuum exercuit in patriæ vastatores. Unde cum relationem summi Principis accepisset, ut Francorum insultibus obviaret, volens iuga Pyrenæica penetrare, multis suorum perditis, in planis Celtiberiæ refugus se recepit. Vox enim Christianorum, quæ ad aures domini ascendebat, contra tyrannum divini iudicii sententiam impetravit: moxque Amiramomeni removetur ^(b) iussu edicto, et successor ei mittitur Aucupa, sive Ocha, anno Arabum CXIX, Hyscam vero anno XV, et quinque annis regnavit. Hic potestate præcelsa, genealogia, et legis suæ custodia ab omnibus timebatur, et Abdelmelich qui ante eum regnaverat, vinculis alligavit, iudices et præpositos quos ille instituerat, condemnavit. Sectæ suæ cæremonias cogebat Arabes exacte servare, et tributa ardue exigebat. Fiscum diversis occasionibus augmentavit: perversos Hispaniæ, et diversis vitiis implicatos, ratibus impositos, coegit ab Hispania exulare: neminem non per justitiam legis propriæ condemnavit. Expeditionem Francorum cum multitudine exercitus attentavit. Deinde ad Cæsaraugustam classe pervenit, ubi recepit epistolas à partibus Africanis, quod Mauri Hispaniæ ei resistere intentabant: quibus perlectis, quanta potuit velocitate, Cordubam remeavit, et in ^(c) transductivis promontoriis se-

se recepit, ibique naves ab Africa præstolatur: quibus receptis, in Africam transfretavit, et assumptis auxiliis, continuo cisfretavit, et contradictores bifarios, et rebelles quos reperit, interfecit: sicque omnia disponendo, sedi propriæ inclitus redonatur: qui post paululum, peracto quinquennio, infirmitate correptus, Abdelmelich quem captum tenebat, consensu omnium restituit in regni sedem: infirmitate eius vitalia penetrante, vitam finivit. Et regnavit secundo Abdelmelich, anno Arabum CXXIII, Hyscam XX.

CAP. XVI.

De insolentiis Hyscam, et infelicitate ejus, et de Belgi, et morte Abdelmelich.

Igitur Hyscam ^(d) iniquitatem et rabiem diu conceptam, et cupiditatis termino relaxato, cœpit in suos plus solito debacchari, et insolentius se habere; unde et gentes, suæ subditæ potestati, in bellum prosiliunt intestinum: nam et illa vasta solitudo, unde Arabia oritur, et occidentalis plaga, et ea quæ ad meridiem extat zona, impietatem iudicum non ferentes, adinvicem colligati, á suis cervicibus iugum Arabicum excusserunt. Sed ubi rumor ad aures Hyscam pervenit, misit Culthum cum centum millibus bellatorum, quem præfecit exercitui Orientis; cum quo veniens, in Africam se recepit, et definito consilio statuerunt, ut Maurorum patrias discursando, et gladio feriendo, ad Tingitanum pelagus properarent: sed ut Maurorum rebellio hoc percepit, pan-

Kk nis

(a) Tol. reparatas.

(b) In Compl. deest iussu.

(c) Compl. transductivis.

(d) Compl. iniquitatis rabiem.

nis circumpendentibus dumtaxat pudendis obtectis, nudi prosiliunt à montanis, nigri specie, crispi crine, albi dentes. Cumque ad fluvium qui Mafan dicitur, advenissent, utroque exercitu ex opposito collocato, Mauri tætrum colorem equis pulchrioribus venustantes, et albis dentibus subridendo, adversi exercitus multitudinem deterrebant: unde et pars (a) Culthum, et Arabici equites, et equi Ægyptii cum sua et ascensorum (b) interneccione subito terga vertunt: et dum per devia et fretosa cursitant, transfretando absque retinaculo, ultra reparationem virium multitudo illa deperiit in eremi vastitate: sicque omnis illa collectio Orientis et Occidentis, per fugam dilapsa, undique dissipatur, dum dux exercitus, (c) Culthus nomine, cum sociis territis iugulatur, et pars una fugientium persequentium gladio prævenitur. Et pars alia vagabunda, per viam qua venerat, redire cogitans, trucidatur. Tertia pars, quo devenit, ignoratur. Exercitus itaque rebellantium habebat super se ducem Belgi (d) Abenben, et tribus annis regnavit, homo magni generis, et armis exercitatus. Iste, proh dolor! in Hispanias cisfretavit. Cumque præsensisset Abdelmelich de quo dixeram, ivit ad portum, ut portum navibus impediret: sed ubi Mauri Hispaniæ cognoverunt, Belgi volentes auxiliari contra Abdelmelich, ad proelium conveniunt, et in tres partes divisi, unam mittunt contra Toletum, aliam Cordubam, ut Abdelmelich interficerent in eadem. Tertiam ad portum dirigunt (e) Septitanum, ut

reciperent navigantes, quos Belgi in Hispaniam destinabat, vel si forte de Arabibus qui è proelio evaserant, advenirent, in eos acriter desævirent. Sed Abdelmelich contra procedens, partem illam quæ Toletum per XXVII. dies obsederat, extinctivo gladio dissecavit: aliam partem per Almuzaor Arabem, licet cum magna exercitus interneccione, ense bellicero refrenavit; et pars ista ad partem aliam declinavit: (f) tertiam partem quæ ad portum iverat, simili excidio dissipavit. Tunc Abdelmelich de tantis successibus gloriosus, epistolari alloquio Belgi admonuit ut in pristina insula se reciperet. Belgi autem, audiens indignanter, misit Abderramen principem militiæ, ut coerceat obsistentem: qui Cordubam veniens, penetrat civitatem, et Abdelmelich captum, gravibus iudiciis, et sudibus arundinum cruciatum, demum gladio interfecit; et tanta in Oriente et Occidente ab utrisque sunt proelia peracta, quod vix lingua sufficit enarrare.

CAP. XVII.

De Alulit Pulchro, et Albulcatar, et Thobam.

Anno Arabum CXXV, Africani et Arabes concorditer consenserunt, ut Alulit Pulcher, filius Izith, sobrinus Hyscam, in eius solio locaretur: qui regnavit annis duobus. Nec mora (g) Doran rebellia suadente, omnis Hispania conturbatur, et anno primo Alulit, Albulcatar mittitur in Hispaniam ad iussa principalia exequenda: qui veniens, extinxit scandala, et sedavit, et sollicite commis-

(a) Tol. Culdam.

(b) Tol. interneccione.

(c) Tol. Culthum.

(d) Compl. Abenberx.

(e) Tol. Septitanum.

(f) Tol. legit quæ ad portum iverat: tertiam partem simili excidio dissipavit.

(g) Compl. Doran.

missam patriam gubernavit, et omnes superbos Hispaniæ sub specie exercitus in Africam destinavit. Sed Hispani Arabes per Zimael, virum gentis suæ auctoritate præditum, Albulcatar à regni solio removerunt. Cumque congregari voluissent, Zimael celatam posuit in occulto, et dum Albulcatar fugientem sequitur Zimaellem, incidit in celatam; et hi qui cum eo erant, fuerant Zimaeli coniuratione clandestina obligati. Cumque eum in periculo reliquissent, victus succubuit, et occisus; et ^(a)Toban qui valida ^(b)adiutoria præbuerat Zimaeli, ad regni solium sublimatur. Iste divisa proelia attentavit, ad quæ se et suos infeliciter præparavit: demum dura internecone succubuit cum multitudine occisorum. Alulit autem defuncto, omnes homines patriæ Ibrahim fratrem eius in Amiramomeninum et dominum receperunt, anno Arabum CXXVII. Sed ^(c)Maroan unus ex Arabibus in scandalum suscitatus, dum eum cum paucis in palatio reperisset, gladio interfecit, sicque rei huius causa intestinum discidium suscitatur, et quinquennio perduravit, Azali quodam Arabe dissensionis scandalum procurante. Anno Arabum CXXVIII, Maroan secundo, qui cum Ibrahim regnaverat duobus annis, ^(d)Toaba in Hispaniis præfecit, regnans anno uno. Hic fuit vir belliger, et magni generis; sed annus unus vitam eius et regnum finivit. Quo defuncto, ab omni senatu palatii Arabum Yuceph in Hispania mittitur ad regni regimen sublimatus. Anno Arabum CXXIX, seu incipiente

XXX, Maroan vero tertio, Yuceph, ut senior, et longævus, ad regimen Hispaniæ sublimatur, cui non post multos dies diversa rebellia Arabes per Hispaniam molientes, plurimos occiderunt. Iste ad suggestionem residui populi, qui mortem evaserant, descriptionem publici codicis innovavit: et quos de Christianis vectigalibus dempserat gladius vastatorum, à fisci codice demerentur. Hic licet petulcus, tamen sollicite rexit regnum. Sexto anno regni istius, hora prima, secunda, et tertia, omnes Cordubæ habitantes tres soles lucis mirificæ conspexerunt, et quasi psallentes cum fascibus igneis et smaragdineis præcedebant, ex quorum ortu ^(e)Angeli devastantes fines Hispaniæ, nutu Dei fame intolerabili affecerunt.

CAP. XVIII.

De Abdalla Benallabeci, et Abderramen.

Hoc tempore, anno Arabum C^(f)XXXIII, Abdalla Benallabeci contra Maroan qui tumultuose, ut diximus, imperium Arabum occupaverat, manu valida attentavit. Quod Maroan cum ^(g)præsensit, tumultu gentium animo minoratus, cum thesauris publicis è palatio fugiens, ire in Lybiam meditatur, ut ibi proelium repararet. Sed Abdalla, nil veritus, seniorum instinctu in sede regia se locavit, et statim post Maroan cum infinito exercitu Arabum et Persarum suum patrum, Zali nomine, destinavit, qui Maroan de loco in locum insequabatur; tot enim mala intulerat Sarracenis,

(a) Al. Proba.
(b) Tol. et Compl. ad victoriam.

(c) Tol. Maroan.

(d) Tol. Thoba, sed supra Toba, ita etiam Compl.

(e) Al. angli.

(f) Compl. XXXIV.

(g) Tol. præsentit.

(a) Compl. et
Al. Azimum.

(b) Compl.
exenia.

(c) Compl. ubi-
que.

quod nusquam receptaculum inveniret. Et Nilo transiecto, cum ad locum qui lingua eorum ^(a)Azimum dicitur, pervenisset, insecutores cum Maroan sese adeo valide iacularunt, ut per binos dies ex utraque parte plurimi caderentur: et die tertio Maroan victo, et interfecto, insequentes à gladio cessaverunt. Tunc capita magnatorum ad Abdallam dirigunt, quasi ^(b)xenia pretiosa, et de residuo spoliolum remunerant bellatores, digna pace patriæ terminos disponentes; et à Mahomath usque ad hæc tempora cismarini et ultramarini Arabes unius Amiramomeni dominio regebantur: et qui de Bennalabeci progenie descendebant, eos qui de Abenhumeya descenderant, à sede imperii expulerunt, cognationem eorum ad necem ^(c)usque investigantes. Humeya autem et Allabeci ex duabus Mahometi processerant filiabus: unde et inter domos eorum diu contentio perduravit. Alii dicunt Mahomath non nisi unam filiam reliquisse, quæ Fatima dicebatur, et nupsit Alyabnetalep, qui scriptor fuerat Machumeti, et post Mahumat quartus regnavit annis quattuor, et diebus octo, et ab isto et Fatima duæ domus concertantium processerunt. Post Mahomath Aben Allabeci cismarini ab Africano imperio discesserunt, et sedem regni Cordubæ statuerunt. Deinde particularibus dominiis excidia patraverunt usque ad tempora Almorauidum, qui sibi Hispanias subiecerunt, et fuit monarchiæ unitas restituta; sed et Almoades tam ab Africa quam ab Hispaniis Almoravides eiecerunt, et sibi regnum

totaliter subiecerunt usque ad tempora Regis Fernandi, sub quo Abenfut Almoades ab Hispaniis effugavit, et fere monarchiam obtinuit citra mare. Unus autem ^(d)Abderramen Abenmeyya, qui Abderramen Adahil postea fuit dictus, clanculo in Hispanias transfretavit, et misit quempiam de clientulis, ut voluntates omnium exploraret, et invenit quamplurimos Abderramen beneplacito inclinatos: quod cum ad Abderramen notitiam pervenisset, statim ad Hispanias cisfretavit, et continuo Malaca, ^(e)Assidona, et Hispalis eius dominio se dederunt, et Hispalim ad eum fere de omnibus Hispaniæ partibus advenerunt, eius dominio se spondentes; et inde exercitu congregato, processit contra Yuceph Halacri, qui Cordubæ præerat, pugnaturus: et prælio inito, fugit Yuceph ad præsidium Toletanum, et Abderramen interim ^(f)Veiam obsedit. Tunc Yuceph furtim ingressus est præsidium Cordubense, et inde dominas tres educens, in Granatæ confugio se recepit, quem Abderramen insecutus, tandem in deditionem eum recepit, et cum ^(g)Abderramen Cordubam inde venit: sed culpæ conscius, sibi timens, Emeritam adiit fugitivus, ubi fere viginti millibus hominum congregatis, terram Abderramen cœpit vastationibus lacescere, et dum incursibus desæviret, bellatores, de Hispali et eius partibus venientes, continuo fugaverunt, et ipse credens Toleti ut in præsidio liberari, à quibus vitam speraverat, est occisus, et in continenti Abderramen dominio se dederunt, et tunc regno in Hispaniis confirmato,

(d) Compl. Abderramen Abenhumeya.

(e) Al. et de Assidona.

(f) Tol. Belam.

(g) Tol. Abderrabium.

Ami-

(a) Compl. *Amiramomenim.*

(a) Amiramomeni statuit se vocare, anno Arabum CXLII, et tunc fecit obfirmari præsidium Cordubense, et Hortum nobilem, qui Razapha Arabice nuncupatur. Tunc unus qui Girat Alhadra, et alius qui (b) Bere, et multi alii contra eum in unum factitii surrexerunt: sed omnes cæde et prælio subiugavit, et urbes rebelles simili dispendio coarctavit, multos suspendio, multos nece, multos gladio eliminavit. Anno autem Arabum CLXIX, cœpit Cordubensem Mezquitam ædificare; ut (c) prærogativo opere omnes Mezquitas Arabum superaret. Regnavit autem annis XXXIII, et mortuus est anno Arabum CLXXI, et sepultus est in præsidio Cordubensi. Reliquit autem undecim filios, et novem filias.

CAP. XIX.

(d) *De Issem.*

(d) Tol. *de actibus Issem.*

(e) Tol. et Compl. *sæpe Hissem.*

Unus ex filiis, (e) Issem nomine, successit in regno. Frater autem eius, dictus Zulema, qui à patre successor fuerat institutus, præerat principatui Toletano. Hic cum audisset quod eum pater instituerat successorem, contra fratrem exercitum congregavit, et sibi mutuo occurrentes, apud castrum quod Bilche dicitur, acriter dimicarunt; sed Zuleman inferior est inventus: et Issem, victoria animosus, Toletum adiit, et obsessam, post modicum occupavit. Zuleman autem victus et fugitivus, Murcia se recepit, anno Arabum CLXXIII. Post hæc Issem emit à Zuleman, quidquid in Hispaniis possidebat, pro sexaginta millibus aureorum, et Zuleman, relictis Hispaniis, ma-

re transiens, ivit in (f) Barbariam, et quievit Issem ab eo, et obtinuit Issem Toletum, et cetera loca, quæ Zuleman consueverat (g) obtinere. Similiter cum altero fratre Abdalla interposito discidio, aliquando demum concorditer convenerunt, ut relictis Hispaniis, in Africam transfretaret; et sic duobus fratribus effugatis, ab eorum scandalo in regno Hispaniæ quievit, et totam terram iustitia et dilectione pacifice gubernavit, et à suis plurimum amabatur.

CAP. XX.

De actibus Issem.

Anno autem Arabum CLXXVII, misit quemdam à suis, qui Abdelmelic dicebatur, cum magno exercitu, ut Christianorum patriam devastaret. Hic Narbonam et Gerundam et loca cetera interposita cepit, et subiugavit, et tot spolia secum duxit, ut in quinta parte Issem suo Principi (b) Morabetinorum XLV. millia provenerunt, ex quibus Mezquitam Cordubæ, quam pater suus inceperat, consummavit. Narbonenses autem et ceteri Christiani tanto exterminio ferebantur, quod, pactis concordæ interiectis, (i) à Narbona usque Cordubam humeris et vehiculis terram ferrent, ex qua in suo præsidio Mezquitam ædificavit. Construxit etiam Mezquitas alias, et veteres renovavit. Quidquid autem acquirere poterat, liberaliter dividebat, et ita viriliter restitit Christianis, ut, cum quadam vice dives quispiam pro redemptione Maurorum magnam summam pecuniæ divisisset, vix potuit

(f) Compl. *Berberiam.*

(g) Compl. *possidere.*

(b) Tol. *Morabetinorum.*
Compl. *Morabetinorum.*

(i) Compl. et Tol. *ut à Narbona.*

tuit inveniri, quem redemptio liberaret. Et cum suorum aliquis morte propria vitam aut gladio finirebat, paternum stipendium filio, quantumlibet parvulo, erogabat, donec ætate perfectus, militiæ ^(a) adscriberetur. Hic pontem constituit qui Cordubæ adhuc extat: fuerat enim ibi pons alius, qui sub isto inferior subsistebat, et est in directum portæ maioris, prope præsidium quod in lingua sua dicunt Alcazar: et tanta diligentia pontis fabricam procuravit, quod ipse personaliter ^(b) operantibus assistebat, et fabricæ ordinem dirigebat.

CAP. XXI.

De prognostico mortis eius.

Tandem advocavit quemdam in arte Astronomiæ valde peritum, et quæsit ab eo, quid de regno, vita, vel eius operibus suæ artis indicio percepisset. At ille, licet timidus, minis territus, quæ ceperat, revelavit, dicens ei: "Eris præ Regibus fortunatus, et manus tua opprimet inimicos, sed in regno octo annorum numerum non complebis." Quod rex audiens, diu tacuit; Astronomum autem remuneravit. Exinde autem cœpit se virtutibus politicis exercere, et se omnibus beneficium exhibere, et pauperibus iustitiam conservare. Hic Gallæciam devastavit anno Arabum CLXXV, et in reditu obvium habuit Veremundum. Deinde, ut diximus, Narbonam obtinuit, et Gerundam, anno Arabum CLXXVII, et plura bella exercuit cum Rege Gallæciæ Aldefonso; et, cum quadam vice Gallæciam intravisset, anno Arabum

CLXXIX, Christiani in montanis loca devia servaverunt, ^(c) et in transitu occurrentes, pluribus captis ex Arabibus, plurimos occiderunt.

CAP. XXII.

De morte Issem, et regno Alhacam.

Issem autem, cum regnasset annis VII, ^(d) mensibus VII, diebus VII, vitam finivit, et filium suum, Alhacam nomine, regni substituit successorem, anno Arabum CLXXIX: et regnavit annis XXVI, mensibus X, diebus XV. Hic fuit sapiens, et strenuus in agendis, et, ut legis eorum ratio asserit, fortunatus, et servorum quinque millia ad sui custodiam deputavit, tria millia de apostatis Christianis, et duo millia de eunuchis, ^(e) quorum aliqui secum ibant, alii præsidium observabant: et ipse etiam personaliter pauperes iudicabat, et maleficos inquirebat, ut compesceret delinquentes, et quod gentis illius impietas vix admittit, eleemosynas liberaliter erogabat. Cum autem fratres Issem, Zuleman et Abdalla, qui à facie fratris, ut diximus, fugerant ultra mare, audissent Issem mortuum, et Alhacam filium eius in regni regimine substitutum, conati sunt regnantis initia perturbare, et fugæ infamiam festino reditu palliare, et contra nepotem vela reducia erexerunt: et in Hispaniam ^(f) transfretantes, regnum nepotis invadere præsumperunt. Et Abdalla, agnomine Valentinus, cum barbaris Valentia ^(g) rebellavit, et Zuleman fratrem suum à Tangia accersivit, et ambo à Valentia ne-

^(c) Tol. et transitu.^(a) Tol. scriberetur.^(b) Tol. operibus assistebat.^(d) Compl. et Al. mensibus IX. diebus VIII.^(e) Tol. qui secum ibant.^(f) Compl. cisfretantes.^(g) Al. bellavit.

po-

potem suum, Alhacam nomine, bellis indesinentibus impetebant: demum collatis vexillis, adinvicem dimicarunt, et Zuleman inibi interfecto, Abdalla, fugæ opprobrio derelictus, Valentiam est reversus. Hoc fuit anno Arabum CLXXXIII, anno regni Alhacam V; mansit autem Abdalla Valentia, prælio refrenatus, et auxilio destitutus. Nepoti autem per nuncios supplicavit, ut securitatem et victualia indulgeret. Alhacam autem malitia iam oblitus, concessit ei ut Valentia moraretur, et mille aureos mense quolibet, et per annum quinque millia sibi dabat. Abdalla autem iam pacificus filios suos misit Regi, et Rex, eos benigne recipiens, eorum uni sororem suam matrimonio copulavit, et sic terra à proeliis conquevit.

CAP. XXIII.

De rebellionem Toletanorum.

Anno autem regni Arabum CXC, regni autem eius XVII, populus Toletanus, confidens de fortitudine civitatis et in multitudine incolarum et copia victualium, rebellavit, et ei iura regalia negaverunt: quos copia, otium, et securitas fecit à dominio aberrare. Rex autem, licet familiari stimulo arctaretur, sustinuit patienter, et scelus scelere studuit callide vindicare: et vocavit Ambroz, quem Oscæ præfecerat et Cæsaraugustæ, et erat carus et favorabilis Toletanis; Regi autem Alhacam semper extiterat utilis et fidelis. Hunc misit Toletum cum epistolis suasoriis, quæ talia continebant: "Cum misissem aliquos

"qui mea negotia procurarent, et vos in devotione regia conservarent, intellexi eos vos stultis operibus provocasse, et regia negotia minorata. Nunc autem mitto vobis Ambroz, qui vestris beneplacitis condescendet, cum sit vester amicus et contribulis." Quem ipsi cum gaudio receperunt, et ad sua consilia admiserunt; et diebus aliquot interiectis, promisit eis rebellionis participem velle esse, et præter regium præsidium aliud in civitatis medio se facturum, ut ibi Regis familiares secum haberet, ne possent in populum malignari: et statuerunt ei locum in monte, ubi Ecclesia Sancti Christophori nunc est sita; et præcepit suis, ut domos circa idem præsidium fabricarent, et educatione terræ ad parietes erigendos ex industria in medio præsidii profunda voragine fovæam dilatavit, et omissis aliis præsidiis civitatis, in isto statuit mansionem, et placuit Regi scienti hoc ex industria procuratum.

CAP. XXIII.

De cæde Toletanorum.


Tunc Rex Alhacam mandavit his qui in tabernaculorum castris, vel civitatibus morabantur, ut à Rege auxilia implorarent, quia Christianorum incursibus gravabantur, et per se, vel per alios succurreret impugnatis: et hæc relatio venit Toletum, et ad ceteras civitates. Rex autem præcepit undique exercitus congregari, et misit cum eis filium suum Abderramen, et etiam de maioribus seniorum, ut adolescentem, qui decimum quartum agebat annum, in consiliis cu-

sto-

(a) In Tol. deest aliis.

(b) Compl. hoc industria procuratum.

(c) Tol. qui tabernaculorum.



stodirent. Cumque venissent Toletum, ^(a) castrametati sunt ab Oriente, et continuo venit nuncius, ^(b) quod treguam firmaverat cum Christianis, et dimisso exercitu, quod redirent. Ambroz autem, ut fuerant facta, cuncta percipiens, Toletanis suasit, quod Abderramen instantissime supplicarent, ut eorum civitatem ingredi dignaretur: qui tandem precibus vix coactus, annuit postulatis. ^(c) Ingressus itaque, in praesidio Ambroz voluit hospitari, ut inveniretur communior, quasi in medio civitatis, et ut apud eos ^(d) gratiosior haberetur. De consilio Ambroz potiores urbis fecit ad convivium invitari, et sollemnibus epulis instauratis, cum venissent qui fuerant invitati, speculatores, cum ensibus praeparati, ingredienti, hospites capitibus mutilabant, et retentis capitibus, equitaturas per oppositum hostium dimittebant, sanguine in voragine foveae ^(e) eliquato. Cumque quispiam vaporem sanguinis ascendentem odoratu narium percepisset, et non ex carni, vel vapore convivii invalere, quæsivit de his qui introierant, quidnam esset; et responso accepto, quod in epularum sedibus discumbebant, odore sanguinis stimulatus, factionis interitum promulgavit, quia fere succubuerant quinque millia occisorum. Populus autem deiectis animis consternatus, Alhacam et Abderramen servituti capita subiecerunt, et rebellionis opprobrium confusione debita sustulerunt, et hoc fuit anno CXC. Arabum.

(a) Tol. castrametatus est.

(b) Tol. qui treguam firmaverat.

(c) Compl. egressus.

(d) Compl. gratior.

(e) Tol. eliquatus.

CAP. XXV.

De victoriis Alhacam, et morte

eius.

Post hæc, actis felicibus elevatus, misit quemdam de suis magnatibus, Abdelcarin nomine, cum suo exercitu Calaguriam. Abdelcarin autem, cum aliquandiu obsedisset ^(f) Calaguriam, et cum, usque ad mare emissis phalangibus, plurima devastasset, cum prædæ gloria copiosa ^(g) in mittentis dominium est reversus, anno Arabum CC, regni autem Alhacam ^(h) XXIII. Postea anno Arabum CCII, Arabes de suburbio Cordubensi inceperunt contra Alhacam dominum rebellare, quia divitiis et deliciis elevati, iugum domini abhorrebant. Alhacam autem rebellionem adveniens, cum Abdelcarin, qui strenuitate militiæ erat clarus, per portam quæ nova dicitur, civitatem ingressus est Cordubensem, et rebellium indebitam factionem cædè et suspendio domuit, et sedavit: et iuxta portam quæ pontis dicitur, in ripa fluminis trecentos et amplius infurcavit: qui autem potuerunt evadere, fugæ subsidium elegerunt. Rex autem solita pietate decrevit rebus, parvulis, et mulieribus indulgendum. Hic Alhacam fuit strenuus in agendis, et rebelles compescuit vi bellorum. Dum autem bella cum suis patris exerceret, Christiani Barchinonam acquisierunt, et Arabes vastationes et incendia sunt perpessi. Cumque Alhacam, sedatis suorum discidiis, ad recuperandas terras quas amiserat, se pararet, mortis imperio est preventus, anno Arabum CCVI, regni sui XXVII: reliquit filios XIX, filias autem XXI.

(f) Compl. Calagurram: supra Calaguram.

(g) Compl. habet ad.

(h) Compl. XIX.

CA.



CAP. XXVI.
De regno Abderramen, et navibus adventitiis.

Post Alhacam regnavit filius eius Abderramen. ^(a) XLI. annorum erat, cum regnare cœpisset, et XXXI. annis regnavit. Et seniores curiæ, fratres Abderramen, et consanguineos convocavit, qui venientes, libenter novi Regis dominium receperunt. Abdalla autem qui Valentiniæ, ut diximus, morabatur, ut olim fecerat, rebellavit; sed Abderramen continuo exercitum congregavit. Abdalla vero fugam iniit, veritus expectare, et post fugam, paucis diebus interpositis, expiravit. Tunc Abderramen uxores et filios Abdallæ fecit ad se adduci, et eis in necessariis liberaliter provideri; et ex tunc apud Arabes parentibus filii successerunt, nam antea fratres, consanguinei, vel propinqui, et etiam de alio genere succedebant: et fuit Abderramen plurimum fortunatus, ut gentis eius geneatici dogmatizant. Hic Barchinonam, nuper ^(b) à Christianis obtentam, per Abdelcarim suum Principem subiugavit, et terras alias quas Christiani tempore schismatis occupaverant. Ipse etiam per se plurima bella gessit. Anno autem Arabum CC. ^(c) XXIX, regni autem eius XXIII, nuntiatum est ei ^(d) LIII. naves, et LIII. galeas in Ulixbonæ litore ^(e) appulisse, et Abderramen rescripsit eis, ut prout possent, sui custodiæ providerent. Sequenti anno plures naves, et maior potentia Hispalensi litori advenerunt, et diebus XIII. Hispalim obsederunt, et congressus cum Arabibus habuerunt, et plu-

ribus interfectis, captivos et spolia plurima adduxerunt: inde Zelziram, Cadiz, et Assidonam cum suis classibus adierunt, et ^(f) confectis præliis, pluries cum Arabibus pugnaverunt, et terras eorum cæde et incendio vastaverunt, et prædas multiplices abduxerunt, et iterum Hispalim sunt reversi: et transierunt in Gelzira captel, et impugnatam tribus diebus, eductis spoliis, incenderunt. Deinde per hortos et vineas et terminos Hispalis transeuntes, omnia vastaverunt, Arabes occidentes, et quæque utilia secum ferentes. Deinde mane Hispalim venientes, congressum cum Arabibus habuerunt, in quibus tot de Arabibus ^(g) ceciderunt, quos vix posset industrius numerare. Et Arabes ab utraque urbis facie effugati, vix vitæ relicti, ad muri ambitum confugerunt; gentes autem ^(h) quæ navigio venerant, civitatem per diem et noctem graviter afflixerunt, et sequenti die ad stationem navium redierunt cum multitudine spoliolum, quæ ab suburbio et suburbanis iuxta votum quilibet abducebat. Cumque ad Abderramen rumor huiusmodi pervenisset, fecit magnum exercitum congregari, quem in auxilium Hispalensibus destinavit, et venientes, cum gentibus navium commiserunt. Sed nec hi, nec illi vincere potuerunt. Gentes autem in villam quæ Tablata dicitur, prope Hispalim, intraverunt; et Arabes, eos machinis impugnantes, à Tablata egredi compulerunt, et in conflictu usque ad CCCC. ⁽ⁱ⁾ ex illis gentibus ceciderunt: nihilominus de Arabibus pluribus interfectis, et de navibus III.

^(f) Compl. consertis.^(g) Tol. occidebant, quod vix.^(h) Tol. qui.^(b) In Tol. deest d.^(c) Compl. XXVIII.^(d) Tol. non habet LIV. naves, et.^(e) Compl. et Tol. applicasse.⁽ⁱ⁾ In Tol. de sunt sequentias ex illis gentibus ceciderunt: nihilominus de Arabibus pluribus interfectis, et de navibus III.

amiserunt. Ipsi autem diebus aliquot ibi commorantes, confinia Hispalensia vastaverunt, et cum audissent quod Abderramen XV. naves et exercitum alium in eorum exterminium destinaret, reversi sunt Ulixbonam, et exinde cum aliis qui illuc advenerant, ad propria remearunt.

CAP. XXVII.

De morte Abderramen, et regno Mahomath.

Anno Arabum CCXXXVI, regni autem sui XXX, præcepit plateas Cordubæ pavimento solidari lapideo, et aquam à montanis plumbeis fistulis derivari, et fontes iuxta Mezquitam, et iuxta præsidium, et in aliis locis educatione nobili emanare. Et cum hæc fecisset, mortuus est Abderramen anno Arabum CCXXXVIII, incipiente anno regni sui XXXII: et reliquit XLV. filios, et XLII. filias. Anno Arabum CCXXXVIII, Mahomath filius Abderramen^(a) successit in regno. Eo anno mortuus est^(b) Rainimirus, filius^(c) Veremundi, Rex Gallæciæ, et filius eius Ordonius successit in regno, et regnavit annis XXXV. Anno Arabum CCXL, regni autem Mahomath secundo, Toletani contra Mahomath dominum rebellarunt, et Ordonium qui in Asturiis, et^(d) Gallæcia tunc regnabat, in adiutorium vocaverunt, qui misit eis Germanum suum cum multitudine Asturum, et Navarrorum. Tunc Mahomath, collecto exercitu, ivit Toletum, et cum prior esset urbi, in alveo qui Celet dicitur, insidias occultavit, et cum ad ci-

vitatem proprius accessisset, spiculatores, exterius positi, venire cum paucis bellatoribus existimaverunt: quod cum Christianis et civibus intimassent, contra eum volentes congregari, exierunt, et cum proelium inchoassent, insidiæ quæ latuerant, accurrerunt, et succubuerunt cum suis complicibus Toletani, et de Christianis usque ad octo millia, de Toletanis usque ad duodecim millia perierunt: et fecit Rex Mahomath multa capita detruncari, quæ Cordubam, et ad maritima, et in Africam pro victrici gloria destinavit. A Sequenti anno Calatravam, Talaveram, et^(e) Zuritam multis militibus stabilivit, ut Toletum et eius confinia infestarent, et tertio anno misit Almondar, germanum suum, cum exercitu copioso, qui circa Toletum residens, messes, et fructus, et vindemias penitus devastavit. Post cuius recessum Toletani Talaveram invadere præsumpserunt; sed egressus Princeps qui præerat Talaveræ, venientes congressu obvivo debellavit, et pluribus captis et interfectis, usque DCC. capita occisorum Regi Cordubam destinavit. Sequenti anno Rex personaliter super Toletum exercitum congregavit, et eam obsidens, pontem præcipitavit, et multi de civibus, qui pontem ascenderant, defensuri, cum pontis præcipitio corruerunt: ex quo fuit populus Toletanus valde animo consternatus. Anno autem septimo regni sui, cum iterum exercitum congregasset, Toletani incolæ Mahomath^(f) potentiam non ferentes, se eius dominio reddiderunt, qui eos benigne recipiens, pacem dedit anno

Ara-

(a) Compl. filii Albacam.

(b) Compl. Rainimirus.

(c) Compl. Veremundi hic et alibi.

(d) Tol. Gallitia.

(e) Tol. Zuritam.

(f) Compl. Regis potentiam.

Arabum CCXLV, anno VII. regni eius.

CAP. XXVIII.

De navibus Normannorum.

Eodem anno, LX. naves à Normannia advenerunt, et Gelzirat alhadra, et Mezquitas, undique deductis spoliis, cæde et incendio consumpserunt: deinde in Africam processerunt, ubi exterminia gravia exercuerunt: et reversi, in maritimis Hispaniæ hiemarunt, et in vere ad propria redierunt. Sequenti anno Rex Mahomath contra Navarros exercitum adunavit, et circa Pampilonam messes et vindemias devastavit: et obtinuit tria castra, in quorum uno invenit militem, qui Fortunius dicebatur; quem captum, Cordubam secum duxit, et elapsis viginti annis, suæ domui restituit cum ^(a) muneribus liberatum, et vixit hic Fortunius CXXVI. annis. Sequenti anno filium suum Almondar cum exercitu contra Alavam destinavit, qui Christianos crudeliter debellavit, et multa eorum capita Cordubam deportavit. Sequenti anno Emerita rebellavit, cui adveniens, fecit destrui arcum pontis; et cives deditiōni se offerentes, milites cum filiis et uxoribus obtulerunt, ut obsides Cordubam ducerentur: quod Rex annuens, fecit destrui muros urbis, præter præsidium quod suis bellatoribus investivit.

CAP. XXIX.

Item de rebellione Toletanorum, morte Mahomath, et regno Almondar.

^(b) Anno Arabum ^(b) CCLVII, regni eius.

eius XIX, Toletani iterum rebel- larunt, et quemdam qui Mahomath Avenlop dicebatur, super se Regem et Principem statuerunt, et Rex Mahomat, filius Abderramen, duxit exercitum super eos: sed ipsi, animis minorati, se mandatis eius, datis obsidibus, obtulerunt, quod Rex acceptans, præcepit obsides Cordubæ custodiri, et hic secundo accepit obsides à Toletanis. Anno CCLXVI, præcepit Rex naves fieri Cordubæ, Hispali, et in aliis locis, ubi lignorum materiæ abundabant. Audierat enim esse in Gallæcia civitates, et oppida, pagos, et villas, quæ nullo murorum ambitu claudebantur: et navigio instaurato, præfecit eis quemdam, qui Abdelhamit dicebatur; sed fractis navibus ^(c) vi contrariæ tempestatis, naves et homines totaliter perierunt. Abdelhamit cum paucissimis vix evasit. Anno CCLXVII, fuit terræmotus in tota Hispania generalis: et cum Rex Mahomath sederet in Mezquita Cordubæ, et oraret, fulmen cecidit iuxta eum, et duos homines interfecit: tonitrua, coruscationes, et lampades turbatum populum deterrebant. Anno autem Arabum CCLXXIII, mortuus est Mahomath ætatis suæ anno LX, regni autem XXXV: qui regnum suum humane, et provide gubernavit. Et dum quodam die per regale viridarium perambulare, miles quidam de astantibus, dixit ei: "Quam pulchrum viridarium, quam pulchra dies, quam dulce sæculum, si mortis sententia non veniret." Tunc Rex inquit: "Erras in verbo; quia, si mors non esset, ego nullatenus

(a) Tol. multis iunioribus liberatum.

(c) Tol. in contrario.

(b) Tol. CCL, VII. regni eius.

hic regnarem." Reliquit autem XXXIII. filios, et XX. filias. Eo mortuo anno Arabum quo supra, filius eius ^(a) Almondar apud Alhamam degebat, quæ ^(b) Almeriæ balnea nuncupatur: et audito patris discessu, Cordubam festinavit, et mox eum ad regni solium sublimarunt anno ætatis suæ ^(c) XLIII. Et cum esset liberalis, in principio regni sui Cordubensibus decimas relaxavit: sed immemores beneficii, contra eum continuo rebellarunt. Ipse autem agens exercitum, vitam finivit, cum regnasset fere duobus annis, et reliquit sex filios, et septem filias.

CAP. XXX.

De regno Abdallæ.

Anno autem Arabum CCLXXV, exercitus germanum suum Abdallam fratri mortuo subrogarunt, qui nova gloria inclitatus, ab omnibus etiam Cordubensibus est receptus, et fratrem suum Cordubæ honorificè sepelivit. Regnavit autem annis XXV, diebus XV. Sequenti anno contra eum Homar habenhabzon, unus de principibus, rebellavit, et cum eo contra Regem gentes plurimæ surrexerunt. Stepa, et Ulixbona, et alia multa castra similiter rebellarunt. Rex autem super eum exercitum destinavit. Homar autem ea facilitate, qua rebellaverat, inclinavit, et Rex Abdalla petenti veniam ^(d) concessit. Hispalis autem quæ similiter rebellaverat, in se bellis civilibus excitatis, se mutuo sanguine cruentarunt: et qui ^(e) sæviores in effusione sanguinis sunt inventi, Regis Abdallæ dominio

se dederunt: et sic in Hispali totale dominium est adeptus. Homar autem habenhabzon, pro facilitate veniæ elevatus, iterum rebellavit, et Giennium veniens, præsidii principem interfecit, et procedens per oppida et castella, eiusdem officii principes factione simili decollavit: et Rex Abdalla adeo eum fuit variis incursibus insecutus, quod coactus fuit, etsi non animo, fecte saltem ad Christiani nominis gratiam se transferre, et baptismum suscipere, et fidem Catholicam profiteri. Rex autem Abdalla præcepit Loxæ præsidium obfirmari, et, cum magnis et minoribus æquo iudicio iustitiam exhiberet, apud Cordubam vitam finivit anno ætatis suæ LXXII, regni autem XXV. Sepultus est autem in præsidio Cordubensi, et filios XI, et XIII. filias reliquit.

CAP. XXXI.

De regno Abderramen, et Alhacam.

Mortuo Abdalla, nepos eius Abderramen, filius Mahomath, filii Abdallæ, successit in regno: et non successit aliquis filiorum, quod in præteritis non invenitur. XXIII. annorum et quinque mensium erat, cum regnare coepisset anno Arabum CCC, et L. annis regnavit, et fecit, mutato nomine, se vocari ^(f) Almanzor Ledinele, quod interpretatur defensor legis Dei: et fecit se communi nomine appellari Amiramomeni, quod Rex credentium interpretatur. Hic fuit Rex potens et honoratus, et gentes suas iustitia et iudicio gubernavit: et quia dissensio erat inter domum

Aben-

(a) Compl. Al-
mundir.
(b) Compl. Al-
marie.

(c) Compl.
XLIV.

(d) Compl. con-
descendit.

(e) Tol. legit
sic stiores. Com-
pl. habet seve-
riores.

(f) Compl. et
Tol. Ananzer
Ledinele.

(g) Tol. JoF (g)
and ingit. 123

Abenhumeye , et domum Abela-
beci , qui nepotes fuerant Macho-
meti , vix erat locus , quem schi-
smata non vexarent ; ipse autem
quosdam pace , quosdam terroribus
reconcilians , ut pacifice viverent ,
procuravit : et quosdam rebelles
bellis et incursibus sic afflixit , ut
sederent solitarii , et tacerent , et
per XX. annorum spatium à bel-
lis et exercitibus non cessavit , do-
nec tota terra sub suo dominio
complanata , omnes ei unanimiter
subfuerunt. Hic præcepit ^(a) ædifi-
care castrum prope Cordubam ,
quod hodie adhuc extat , et navi-
gio , ^(b) Septe adveniens , obtinuit
civitatem , et de suis in ea Princi-
pem stabilivit. ^(c) Præterea Cordu-
bensem Mezquitam et multas alias
adornavit , et opera regalia dilata-
vit. Mortuus est autem anno æta-
tis suæ LXXIII , regni vero L ,
anno Arabum CCCL. Alhacam ,
filius prædicti Abderramen , patri
suo successit in regno , et impo-
suerunt ei nomen ^(d) Almuztacar-
bille , quod interpretatur defen-
dens se cum Deo : et regnavit an-
nis XVI , et duobus mensibus. Hic
invenit terram à patre suo paci-
fice complanatam , quam et ipse
paterno moderamine conservavit :
nec necesse habuit bellis vel exer-
cibus exerceri. Mortuus est au-
tem anno ætatis suæ LXIII , re-
gni autem XVI.

CAP. XXXII.

*De Issem , et de eius Alhagib
Almanzor , et Abdelmelich.*

Anno Arabum CCCLXVI , Is-
sem , filius Alhacam , patri suo suc-
cessit in regno. Decem annorum

erat et octo mensium , cum regnare
cœpisset , et regnavit prima vice
annis XXXIII , mensibus quat-
tuor , et imposuit sibi nomen Al-
muhayatbille , quod interpretatur
nitens cum Deo : et cum esset
puer , datus est ei à suis principi-
bus coadiutor , vir strenuus , indu-
strius , atque prudens , qui Maho-
mathibne ^(e) Abenhamir proprio no-
mine dicebatur , nunc autem di-
ctus fuit Alhagib , quod interpre-
tatur Vicerex. Postea autem , quia
fere semper in præliis fuit victor ,
Almanzor fuit appellatus , quod
defensor interpretatur : et licet mul-
ti pro hac potentia laborassent ,
ipse consensu omnium omnibus
est prælatus ; et sic ad se totius
regni negotia recollegit , ut Rex
Issem in moneta , et pannis , et epi-
grammatibus , et epitaphiis pone-
batur , et fiebat oratio super eum ,
et expers potentiæ agebatur , et
quasi clausus in præsidio Corduben-
si , quidnam fieret , ignorabat : nec
accessum alicuius permittebant ,
nisi quod tantum omnibus diceba-
tur : Ista ^(f) præcipit vobis Issem ;
et talibus internunciis credebatur :
et cum Almanzor cum exercitu
recedebat , custodes , Regis custodiae
deputati , sic eius ^(g) exitum obser-
vabant , ut cum ad regale virida-
rium equitaret , nullus esset eius
auribus appropinquans , nec ausus
eum clamore aliquo propulsare : et
sic uxorum contuberniis interce-
ptus , reputabat sibi pro regni do-
minio satisfactum. Et duravit Al-
manzor huius regiminis potentatus
annis XXVI ; et in isto annorum
spatio quinquagesies et bis exer-
citur Christianorum finibus super-
duxit , et eos multis afflictionibus

^(e) Compl. *Ab-
denhamir.*

^(a) Compl. *ædificari.*

^(b) Al. *Septa.*

^(c) Compl. *Postea.*

^(d) Al. *Almuntacir.* Compl. *Almuntacirbille.*

^(f) Tol. *præ-
cepit.*

^(g) Tol. *excitum.* Al. *exercitum.*

coar-

coarctavit : et suis adeo fuit carus, quod sæpe voluerunt ei concedere regni thronum, sed ipse numquam voluit Issem privare. Et cum quadam vice Castellæ terminos devastasset, et hiemali instantia proponeret remeare, Christiani in montium transitu restiterunt, quos asperitas nivium adiuvabat; et ipse intelligens transitum præpeditum, in planitie castra fixit, et cum bobus prædæ aratra instauravit, semina terræ mandans. Interim autem tot incursibus, et tot cædibus Christianorum patrias devastavit, ut cogerentur hostibus supplicare, et impeditum transitum expedire, ut Almanzor exercitus pertransiret, et etiam pro agricultura et semine pretium obtulerunt, quod Almanzor non necessitate, sed pietatis clementia acceptavit: et sic Cordubam est reversus. Cetera quæ in finibus Christianorum perpetravit, superius in historia Gothica disserui diligenter, sub rubrica: De insolentiis ^(a) Veremundi, et victoria Almanzor. Fuit autem factus Alhagib anno Arabum CCCLXVII, et præfuit annis XXVI. Mortuus est autem anno Arabum CCCXCIII, prælacionis suæ XXVI. Cui successit anno, quo supra, filius Abdelmelich, cognominatus ^(b) Almodofar, et sex annis et octo mensibus tenuit regiminis principatum, sicut tenebat pater eius, et anno sequenti, cum super Legionem exercitum congregasset, à Christianis turpiter effugatus, turpius est reversus, nec adiecit ultra invadere Christianos: sed regni negotia utiliter dirigebat. Mortuus est autem anno Arabum CCCC, et sui regiminis

(a) Tol. Veremundi, et victoriis Almanzori.

(b) Compl. Almodofar.

VII. Huic successit frater eius Abderramen, qui derisorie Sanciolus dicebatur. Hic pessimus et perversus, fornicationibus et ebrietatibus insistebat, et ^(c) Issem à regno expellere nitebatur, mortem minitans, nisi eum regni institueret successorem, qui metu annuit postulanti. Cum autem Abderramen quattuor mensibus et dimidio præfuisset, eum ob suam nequitiam peremerunt. Hucusque Issem regnaverat annis XXXIII.

(c) Tol. Hyem.

CAP. XXXIII.

De intestinis discidiis super regimine principatus.

Igitur Abderramen, ut diximus, interfecto, cœperunt ubique contra Issem rebellia procurari. Primus autem fuit quidam, qui Mahomath Almahadi dicebatur, et Cordubæ cum duodecim complicibus insurrexit, et sumptis armis, præsidium occupavit, et Issem captum, in domo cuiusdam sui complicis occultavit, et eum mortuum omnibus publicavit, et quemdam Christianum, Issem simillimum, interfecit, quem mortuum senioribus et aliis demonstravit, et decepti similitudine, crediderunt, et statim honore regio sepelierunt. Mahomath autem Almahadi iniuriose circa populum se gerebat, et eorum uxores ^(d) ludibriis provocabat, et quia circa Issem taliter se habuerat, eum odire, et persequi inceperunt, et propter alia quæ subditis inferebat, unde et seditiones undique fuerunt ortæ: et surrexit quidam, qui Issem Araxit dicebatur, et, cum Almahadi quadam die cum suo exercitu Cor-

(d) Tol. Ludibrio procurabat.

du-

dubam egrederetur, illi qui erant in civitate, cum prædicto Issem Araxit coniurarunt, et multos de fautoribus Almahadi occiderunt, ^(a) et ianuas prope præsidium ^(a) conbusserunt. Sequenti die contra Almahadi egressi sunt civitatem, et cum aliquandiu conflixissent, obtinuit Almahadi, et multos ex eis cepit; et aliquos interfecit, et de proditione reputans, Issem et multos alios capitali sententia condemnavit. Tunc quidam de ^(b) Barbaria, nepotem Issem, qui Zuleman dicebatur, super se Principem levaverunt, et extra Cordubam peragrabant. Verum quædam pars eorum de Barbaria ^(c) nisi sunt sibi præficere Marhuam consobrinum Zuleme, et dederunt ei equum et ense, ut si Zulemam interficeret, statim constituerent eum Regem. ^(d) Quod cum Zuleman per quempiam percepisset, illos ^(e) Barbarios fecit decapitari, et consobrinum suum Marhuam in vinculis detineri, et treguam cum Sancio filio Comitis Garciae Fernandi, Castellæ Comite, obfirmavit. Postmodum, pecunia magna data, eum contra Almahadi in adiutorium evocavit.

CAP. XXXIII.

De adventu Comitis Sancii in auxilium Zuleme, et de victoria habita contra Almahadi.

Comes autem Sancius, cum magno exercitu veniens, factus est Zuleme in adiutorium. Almahadi autem, cum audisset Zuleman cum Comite Sancio advenire, de Medina cœlim et aliis locis, quos potuit, convocavit. Erat autem Al-

hagib Almahadi quidam, qui Alhameri vocabatur. Qui autem erant in civitate, contravenientem exercitum aggredi proponentes, ut faciliorem exitum præpararent, fossata in circuitu repleverant, quamvis Almahadi, ne hoc facerent, prohiberet. Cumque extra urbem, veniente exercitu, commisissent, Zuleman obtinuit, instante fortiter exercitu Comitis Sancii, et cæsa fuerunt ex parte Almahadi usque ad XXXV. millia Sarracenorum, et Christiani suburbium invadentes, abductis spoliis, et interfectis plurimis, et pluribus captivatis, cetera vastaverunt. Et cum vidisset Alhagib Alhameri tantum excidium suæ partis, vocatis qui de Medina cœlim advennerant, in eadem Medina cum fugæ comitibus se recepit. Almahadi autem fugit ad præsidium civitatis, Zuleman cum Christianorum exercitu urbem exterius obsidente. Tunc Almahadi eduxit Issem Regem, quem olim mortuum simularat, et ostendit eum omnibus manifeste suadens, ut eum in Regem reciperent, potius quam Zuleman; sed tantus terror invaserat audientes, quod nulla suasio poterat demulcere: et Almahadi iam desperans, abscondit se in domo cuiusdam Arabis, qui Mahomath Toletanus dicebatur, et inde cum eodem Arabe Toletum fugit. Zuleman autem ingressus est Cordubam violenter, et præsidium occupavit, et in regali solio se locavit, et mensibus septem regnavit. Hoc bellum fuit apud Arabes nominatum, et dicitur victoria de Cantiche. Zuleman autem de Cordubensibus non confidens, egressus

est

(a) Tol. non habet et ianuas prope præsidium conbusserunt.

(b) Compl. hic et alibi Berberia.

(c) Tol. iussi sunt.

(d) Tol. Quin.

(e) Tol. barbaros.

est civitatem, et in vicinis locis morabatur cum exercitu Christiano. Cumque quadam die ad Regem seniores Cordubæ exivissent, Comes Sancius dixit eis: "Quomodo huc existis? Tria enim stultitiæ signa in exitu præstendistis: unum, quia timidi, eo quod in primo congressu cum plures essetis, terga dedistis. Secundo, quod securitate non habita accessistis. Tertio, quia in Deum graviter peccastis, cum uxores vestras et filios ^(a) et homines legis vestræ, quos gladio cepimus, in servos emere voluistis." Et mirati sunt universi super ^(b) prudentia Comitis Sancii. Cumque Zuleman verbis et muneribus civium animos complanasset, et in civitate tutius resideret, quidam ^(c) de Barbariis suavit ei, ut permitteret eos occidere Christianos, ne forte, ut ei adhæserant, alii Regi adhærent, et ei cederet in periculum et iacturam; præsertim cum, prædis Arabum locupletes, de cetero similia assuescerent. Cui Zuleman: "In securitatem meæ fidei advenerunt, et ideo numquam hoc facinus perpetrabo." Et timens Zulema, ne eis fieret quidquam mali, datis muneribus, licentiam tribuit redeundi. At illi cum multis divitiis reversi sunt in ^(d) Castellam.

CAP. XXXV.

Quod Almahadi devicit Zuleman, et obtinuit regnum eius.

Paucis autem diebus interpositis, Alhagib Alhameri plures ex pluribus partibus congregavit, et etiam Christianos, et duos magnates, quorum ^(e) unus Armongandus, alter

dictus est Veremundus; et veniens ad Almahadi, qui tunc temporis Toleti degebat, et procurator exercitu ampliori, contra Cordubam processerunt. Quod cum Zulema innotuisset, Cordubenses sollicitavit, ut cum eo occurrerent venienti; sed ipsi factionis solitæ non obliti, se causis frivolis excusarunt. Barbarii autem Regi dixerunt: "Pro Cordubensibus non formides, quia nos tibi usque ad mortem strenue, et viriliter assistemus." Tunc Zuleman de eorum promissione confisus, occurrit Almahadi ^(f) contrario adventanti, et procedens, fixit tentoria in loco qui Accalvatalbacar nominatur, qui distat à Corduba decem leucis, et antequam Almahadi exercitus resedisset, in eum Barbarii iruperunt, et ex eis multa millia occiderunt, adeo quod succubuisse Almahadi exercitus videretur: sed resumptis viribus, proelium restaurarunt, et instantibus Christianis, succubuit pars Zuleman, et Zuleman cedens hostibus, fugit ad ^(g) Azafram, in qua fuerat aliquandiu demoratus, et sumpta suppellectili quæ potuit asportari, ^(h) Citanam abiit fugitivus. Cordubenses autem Azafram communiter invaserunt, et eos qui fugerant, peremerunt, et cetera rapuerunt, et in civitate quidquid ⁽ⁱ⁾ Barbariorum fuerat, occupaverunt, et à Mezquita maiori lampades aureas, et coronas, catenas, et omnia alia ornamenta, vestes, et libros, quæ omnia Barbarii dimiserant, abduxerunt: et hoc bellum apud Arabes adhuc hodie est famosum, actum anno Arabum CCCCLIII: et fertur Almahadi in exercitu habuisse triginta millia Sar-

(a) In Tol. deest et.

(b) Compl. verbis prudentia Comitis Christiani.

(c) Tol. barbarus.

(d) Tol. Castilla.

(e) Compl. alter Armengandus, alter dictus est Veremundus.

don Tol (a)
muni is 1981
multitudo 1909
1909

hic Compl (b)
-viri idus 19
1917

(f) Compl. d
contrario.

1911 Tol (c)
1911

1919 Tol (d)
-adrd Tol (e)
1917

(g) Tol. Aca-
fram.

(h) Compl. hic
et alibi Cita-
vam.

(i) Tol. Bar-
baricorum.

Sarracenorum, et novem millia Christianorum: et inde Cordubam veniens, in Regem ab omnibus est receptus, et Issem qui Rex fuerat, ei etiam obedivit: et quia Alhagib Alhameri felicitatem huiusmodi procurarat, suo officio restitutus, omnia disponebat. Almahadi autem solo nomine præsidebat.

CAP. XXXVI.

De prodicione eunuchorum, et morte Almahadi.

Et cum in Regem fuisset ^(a) susceptus, recepit nuncios Arabum et eunuchorum, quod eius fierent, si vellet offensas præteritas indulgere; et audita relatione, hilarior est effectus, et datis muneribus, et petitione admissa, dimisit eos: qui post paucos dies Cordubam venientes, cœperunt turbare incolas civitatis. Erat autem cum eo Raymondus quidam Comes Christianus, non ille qui fuit pater Imperatoris: qui notans scandala, et quod Rex, fretus ^(b) Barbariis et eunuchis, civium pecunias auferebat, et quod erga cives insolentius se habebat, præsertim cum à quopiam audivisset, quod sicut Cordubenses Barbarios extinxissent, sic conarentur Christianos et Comitum demoliri, ^(c) à Rege accepta licentia, quia iam pacta inita complevisset, licentiatus à Rege, ad propria feliciter est reversus. Rex autem cœpit fossatis circumdare civitatem, pacto cum civibus ^(d) inito, ut ipse tertiam partem civitatis, cives residuum consumarent. Interim autem Barbarii qui à cæde superstites remanserunt, civitates et villas undique

infestabant, adeo quod plures fuerunt habitatoribus destitutæ. Arabes autem et eunuchi qui à Citana venerant, consilium inierunt, ut Almahadi interficerent, et restituerent Issem, olim Regem, et hoc consilium Alhagib Alhameri communicarunt. In die autem Paschæ eorum miserunt quemdam eunuchum, Hambar nomine, et cum eo alios eunuchos, qui regale præsidium occuparent, et captum Almahadi tenuerunt; et educentes Issem, olim Regem, in regali solio locaverunt, et ei Almahadi captum presentaverunt: et dixit ei: "Tu es proditor Dei et mei, quia »Sarracenos ^(e) interfici procurasti, »et bona eorum amitti fecisti, et »prodiciones sæpius ^(f) tractasti." Et fecit eum per Alguazilum statim decapitari, et reservato capite, mandavit corpus à muro in plateam præcipitari, et eunuchi et alii frustatim dilacerantes, etiam in corpus exanime lanceas defigebant. Caput autem fecit per totam civitatem in lancea deportari, quod erat iucundum fere omnibus intueri, eo quod eius iniurias recolabant: et post triduum ^(g) quidam supplicarunt, ut infelix corpus traderent sepulturæ, quo obtento, in Mezquitæ angulo est sepultus. Caput autem misit Issem Zuleman qui Citanæ morabatur, sperans quod, eo viso, ei fieret in vassallum. Filius autem ^(h) Almahadi, qui Obegdalla dicebatur, erat Toleti, et à Toletanis plurimum amabatur: cui Zuleman caput receptum misit cum mille ⁽ⁱ⁾ Morabetinis, quod et Toletani in Mezquita sepelierunt.

(a) Tol. receptus.

(b) Compl. hic Barbaris.

(c) Compl. et Tol. et à Rege.

(d) Compl. interposito.

(e) Tol. interficere.

(f) Compl. iterasti.

(g) Compl. quipiam.

(h) Compl. hic et alibi Almahadi, sed sæpius legit Almahadi.

(i) Compl. et Tol. Morabinis.

CAP. XXXVII.

*Quod Issem secundo regnavit,
et de insolentiis Barbariorum.*

Almahadi mortuo, Issem obtinuit regnum suum, et fecit Alhagib Alhameri, sicut fuerat ante tempore Almahadi, et regnum pacifice stabilivit: et statuit milites per oppida, pagos, et villas, ut introitus hostium observarent, et civibus, ut essent attentivi, cum clamorem invadentium peraudirent: et equitabat per civitatem, quod omnibus erat carum, eo quod vice alia regni sui ad eum accessus hominum non patebat, et quia erat ^(a) de regali genere habens ortum. ^(b) Ipse autem sic se omnibus exhibebat, ut ei obedirent, et ab omnibus amaretur; et cum per præsidium deambularet, inspiciebat loca regalium tumulorum, et cum vidisset ^(c) tumultum patris et avi sui, vidit tumultum in quo sepultus fuerat ille sibi simillimus Christianus, de quo superius fecimus mentionem: et ait: "Ego ^(d) hanc eligo sepulturam." Barbarii autem, de quibus diximus, non desinebant Cordubæ confinia infestare: Ecigam, et ^(e) Carmonam, et Bethis, et ^(f) Sosii incolas devastare: nec Cordubenses milites ultra villam quæ secunda dicitur, et alia loca in quibus excubantium militiæ subsistebant, progredi præsumebant: et sic Barbarii insistebant, quod multa loca habitatoribus caruerunt, et relicta à profugis Barbarii occupabant, et vix aliqui in civitatem victualia inferebant: unde fuit in urbe gra-

vis ^(g) caristia subsecuta, propter quam cives apud Issem dominum institerunt, ut egrediens contra eos, bello deiiceret, quorum incursus damnosa patientia tolerabat. At ipse Cordubensium ^(h) inconstantiam iam expertus, fingebat se internuntiis detineri, per quos sperabat eos suo dominio inclinari, et sic eos blandis sermonibus ⁽ⁱ⁾ illudebat. Post hæc duo eunuchi venerunt ad eum, et hi fuerant cum Zuleman, dixeruntque Regi Issem: "Scias quod illi de genere tuo Zuleman et Barbariis ^(j) nunciarunt, ut Cordubæ advenirent, quia, eis procurantibus, obtinerent, et Zuleman iterato regni dignitas perveniret." Et continuo atamoribus propulsatis, civium multitudinem convocavit, et eos qui de Abenhumeye, Machometi maioris nepotis, successione processerant, fecit capi, et vinculis colligari, et bona eorum à ^(k) civibus occupari, et die, qui sibi fuerat assignatus, Barbarii advenerunt: pro quorum adventu inter cives magna turbatio fuit orta, et Rex armis viriliter sese accingens, cum civibus consentientibus in id ipsum egressus est in occursum usque ad locum, in quo Barbarii consederunt; sed Regis adventu territi, abscesserunt. Rex autem milites misit expeditos, qui eorum vestigia observarent, sed nec consequi potuerunt. Barbarii enim à bello profugi, incursibus institerunt, nec à cædibus et incendiis cessaverunt. Rex autem speculatores et excubias in patriæ finibus stabilivit.

(a) Tol. non habet de regali genere habens ortum.

(b) Tol. legit sic se hominibus.

(c) Compl. tumulos.

(d) Compl. hic eligo.

(e) Compl. Carmonam.

(f) Tol. Socii.

(g) Al. caristas.

(h) Tol. constantiam.

(i) Al. laudebat.

(j) Tol. nunciantur.

(k) Compl. ubi libet occupari.

CAP. XXXVIII.

*De confœderatione inter Issem
et Comitem Sancium, datis
castris.*

His itaque ordinatis, Rex egressus est civitatem, expeditionis effigie insignitus, si posset de adversariis aliquem invenire. Omnes autem in eo belli instantiam mirabantur, quem olim viderant præsidio interclusum. Nihilominus tamen fere quotidie Barbariis nuncios destinabat, et dona plurima promittebat, si suo dominio obedirent; sed ipsi Zuleman eius adversario ^(a) confœderati, petebant pacta gravia et inepta, propter quod elegit periculum potius, quam petita. Zuleman autem de pactionibus iam desperans, ad Sancium Comitem ex Castella nuncios destinavit, spondens pecunias et honorem, si eum vellet contra Cordubam adiuvere: qui responsionis oraculum elongavit, donec Issem petitionem Zuleman insinuaret, addens se in Issem auxilium libentius adventurum, si pari remuneratione respiceret adiutorem; ita ut sex castella, quæ quondam Almanzor abstulerat, restitueret Christianis. Et cum Issem petitionem Comitis suis consiliariis intimasset, fuit petitio gravis visa; sed quia discriminis instantia perurgebat, visum fuit castella cedere, eo quod noviter acquisita, et minus utilitatis, quam oneris secum ferrent. Rex Issem petitioni Comitis acquievit, et præcepit Castella protinus sibi dari.

(a) Compl. fœderati.

CAP. XXXIX.

*De rebellionem Toletanorum, et
discursu ^(b) Barbariorum.*

(b) Tol. Barbarorum.

Interea Toletani filium Almahadi, qui Obeydalla dicebatur, Regem super se elevarunt: quod cum ad Issem notitiam pervenisset, misit Alguazilum suum, ut Toletanos tandiu obsideret, et impugnaret, donec sibi redderent civitatem: qui veniens, tandiu eos cædibus et impugnationibus infestavit, donec, apertis ianuis, eum cum exercitu ad præsidium admiserunt; et occupata penitus civitate, Obeydalla Regem cepit, quem Regi Issem ^(c) Cordubam vivum misit, et Issem eum capite ^(d) mulctavit, et fecit in flumen præcipitari. Interim autem Barbarii Cordubam undique infestabant. Erat autem Cordubæ magna caristia, adeo ut summa panis triginta aureis venderetur. Invaluerat etiam gravis pestis, ex qua plurimi moriebantur: unde qui poterant, ad montium ardua confugiebant. Alhagib autem, qui Hua de Alhameri dicebatur, epistolari nuncio Zuleman et Barbariis ^(e) nunciavit, ac intimavit se ad eos iturum cum omnibus quæ habebat: sed hoc non lauit Issem Regem, qui, missis apparitoribus, fecit eum suo conspectui præsentari; et visis epistolis quas receperat à Zulema, iussit eum decapitari, et caput eius undique circumferri, ut qui in proditionis armario proditionis iacula occultarat, eius iudicium fieret omnibus manifestum. Cum autem Barbarii terram cultoribus denucassent, æqua penuria intrinsecos et extrinsecos opprimebat: unde

(c) Tol. Cordubæ.

(d) Compl. mutilatum fecit.

(e) In Compl. deest nunciavit.

et Barbarii, relicta Corduba, Hispalim adierunt, et vias omnes vacuas viatoribus et incolis invenerunt, et intrantes loca arborum, ^(a) quod Axarab dicitur apud eos, vastationes et incendia exercebant. Demum Hispalim obsederunt. Tunc Rex Issem misit Zabor iustitiarum, qui apud eos dicitur Alguazilus, et quemdam alium, ^(b) Hambor nomine, cum bellatoribus quos potuit congregare, ut fines Hispalis tuerentur. Tunc Barbarii in adventu istorum, relicta Hispali, ad partes alias migraverunt; et Calatravam impetu invadentes, ibi victualia invenerunt, et inde cædibus et incursibus et rapinis loca adiacentia infestabant.

CAP. XL.

Quod Zuleman Cordubam acquisivit, et de fuga Issem in Africam.

Post hæc Zuleman vocavit Mundir, qui præerat Cæsaraugustæ, et alium, qui præerat Medinæ Arfaragel, quæ nunc dicitur ^(c) Gualdalfaiara: et Barbarii, quos poterant, undique invitabant, ut Zuleman fierent in succursum, et tali pacto ad Zuleman omnes concorditer convenerunt, ut cuilibet habita remaneret; et simul convenientes, contra Cordubam properarunt, et castrametati sunt intra Azafram, et Cordubam obsederunt: et cives ^(d) monuit, ut ei traderent civitatem, qui acquiescere noluerunt, et ipsi urbem undique impugnarunt. Barbarii autem fossata humo et lapidibus complanabant, et ibi ex utraque parte plurimi ceciderunt, et ta-

men nihilominus impleverunt; et sic partem urbis, quæ Xarquia dicitur, invaserunt: sed et cives protinus erumpentes, Barbarios repulerunt, et ex eis plurimos occiderunt: et iterum ex aliis partibus impugnantes, quodam homine ^(e) portæ secundæ ianuam proditionaliter reserante, ingressi sunt Barbarii civitatem, et omnes stationes vendentium et domos plurimas combusserunt, et sine numero occiderunt, et pretiosa quælibet rapuerunt, et qui gladium evaserunt, se in Xarquia post gladium receperunt, et per triduum infestati, demum Zuleman dominio se dederunt. Tunc obtenta undique civitate, Zuleman præsidium est adeptus. Barbarii autem domos urbis ad libitum ^(f) diviserunt. Cives autem, Issem extra Cordubam deducentes, abire libere permiserunt, et ille fugiens, in Africam transfretavit.

CAP. XLI.

De regno Zuleman, et discidiis intestinis.

Zuleman autem regno potitus, fixit Cordubæ thronum suum, et regnavit hac vice annis tribus ^(g) et mensibus tribus: et mansit Cordubæ in deliciis et honore usque ad diem interfectionis; Cordubenses autem in miseria, et penuria, et ærumna. Barbarii à Zuleman concorditer postularunt, ut daret eis villas et oppida, quæ hereditate perpetua possiderent: et cum essent sex cognationes, quas ipsi ^(h) Alcavelas dicunt, dedit unicuique certa loca perpetuo possidenda. Eunuchi autem qui Issem consue-

(a) Compl. que.

(b) Compl. Hambar.

(c) Tol. Gualdalfaiara.

(d) Compl. movit.

(e) Al. pro parte. Tol. aperte secunde ianuam perditionaliter.

(f) Tol. dimiserunt.

(g) In Compl. deest et mensibus tribus.

(h) Al. Alcavelo.

sueverant adhærere, dolebant, quia Zuleman prospera succedebant, et ideo unusquisque, ubi potuit, rebellavit. Erat autem potentior inter eos quidam, qui Hayram Alhemari dicebatur, et hic fugerat à facie Zuleman, quando Cordubam occuparunt, et dum fugeret, fuit à Barbariis graviter vulneratus, et pro mortuo derelictus. Sed quidam civis eum in domo sua clanculo occultavit, donec plenam obtinuit civitatem: alii vero eunuchi qui evaserant, obtinuerant Oriolam, quam venienti Hayram illico tradiderunt, et inde cœpit loca Zuleme, prout poterat, infestare, et congregati sunt ad eum plurimi bellatores, cum quibus à Barbariis plurima acquirebat. Et venit ad eum quidam ab Almeria, qui Abenhamit dicebatur, et se ei reddidit in vassallum cum magna multitudine bellatorum. Erat enim quidam, Affa nomine, qui contra Abenhamit rebellabat in præsidio Almeriæ. Venerunt itaque Hayra et Abenhamit pariter Almeriam, et Hayram obtinuit civitatem; viginti autem diebus cum machinis præsidium impugnantes, quamvis fortissimum, expugnarunt, et Affa cum filiis suis in maris voragine proiecerunt; et felicitate ^(b) huiusmodi succedente, expulit Hayram Barbarios à Giennio, Beatia, et Ariona. Hayram autem diligebat Issem, et quicquid acquirebat, eius nomine acquirebat, et pro eo orationem quæ pro Regibus solet fieri, faciebat, et intendebat eum à Zuleman iniuriis vindicare. Illi autem qui ab Issem receperant villas et civitates, Hay-

ram pro viribus adiuvabant.

CAP. XLII.

De regno Haly, et morte Zuleman.

Erat autem quidam, dictus Haly Abenhamith, apud Septam, quem Issem præposuerat civitati, et huic Hayram nunciavit, ut Malacam adveniret, et ut ibi Rex fieret, procuraret: qui veniens Malacam, bene receptus, continuo Rex est factus; Hayram autem Granatenses, et Murcienses, et villarum incolas aliarum, ut venirent, et Haly iam Regi Malacæ obedirent, ^(c) nunciavit: et Haly, ^(d) ut venirent quasi de negotiis tractaturi, qui et venit; et consilio habito, discesserunt, congregaturi subditos et fautores, ut contra Cordubam dimicarent: et Hayram convenit cum conciliis Murciae et Granatæ, ut statuto die omnes concorditer convenirent: et Haly ex Malaca, Hayram ex Almeria, Gitefeya ex Granata, et concilia ex Murcia et locis aliis in campestribus Cordubæ convenerunt: et egressi sunt ad eos Zuleman cum Barbariis et ceteris incolis civitatis, et campestri proelio inchoato, victi sunt Cordubenses, et captum Alguazilum, Abud nomine, decollarunt, et de Barbariis plurimos occiderunt. Zuleman autem cum patre et fratre Haly Regis conspectui præsentarunt. Alguazilus suus qui prodicionaliter eum ceperat, duxit eum. Rex autem Haly, impropersans ei prodicionis culpam, eum cum patre et fratre manu propria interfecit. Erat tamen pater Zuleme homo innocens et benignus, et eius ani-

(c) Compl. et Tol. legunt et nunciavit Haly.

(d) Tol. non habet ut venirent.

(a) Compl. pugnatorum.

(b) Tol. homini.

ma

ma non venerat in consilium filiorum, et ideo dicitur perditus sine causa. Haly autem timebat, si Issem viveret, regno privari, et ideo Zuleman citius interfecit, quia dixerat Issem vivum. Alii (a) etiam, qui sciebant Issem vivere, dicere formidabant.

(a) Compl. autem.

CAP. XLIII.

De rebellione Hayram, et morte Haly.

(b) Compl. ita factis.

His igitur (b) factis, vocavit ad se omnes, etiam eos qui Zuleman adhæserant, dum vivebat; et hi et alii obedierunt: et sic habuit totum regnum. Hayram autem verens, ne Haly vellet in eum aliquid machinari, reversus est (c) Almeriam et Ecigam et Granatam. Post modicum autem temporis, quia Haly non servaverat pacta quædam, Hayram indignatus, scripsit Mundar, filio Hyaye, domino Cæsaraugustæ, ut ambo contra Cordubam advenirent, et Haly à regni solio removerent: et apud Accium quæ nunc (d) Guadix dicitur, convenerunt, et inde Cordubam (e) adierunt; sed in prælio ceciderunt, et plures ex suis gladio perierunt. Sed dissensione inter Hayram et Mundar filium Hyaye accidente, ab invicem discesserunt: Hayram autem quæsivit, si in genere Abenhumeye dignus regno posset inveniri quispiam, et invenit quemdam, qui Abderramen Almortada dicebatur, cuius mansio erat Giennii. Hic bonus, patiens, et quietus, ab omnibus amabatur: hunc Hayram cogitavit ad regni fastigium sublimare. Quod cum

(c) Compl. ubique Almariam.

(d) Compl. hic et infra Guadix.

(e) Tol. exierunt.

ad Haly notitiam pervenisset, de castro in castrum, de loco in locum Hayram sequebatur, mala irrogans sibi et suis: sed Hayram ut Abderramen præficeret, laborabat. Dum Hayram esset Giennii, nunciatum est ei, quod (f) Gilfeya de quo supra fecimus mentionem, (g) iverat contra castra quæ Hayram detinebat, et continuo Hayram insequens procedentem, fecit transitum per Guadix, et Gilfeye cum suo exercitu obviavit, et pugna commissa, Hayram exercitus fuit victus, et multi ex eis temulenta ignavia perierunt. Cumque de Hayram, quid acciderat, nesciretur, et Almeria civitas turbaretur, significavit eis se esse in Canilibus Castrovastæ, et domum in qua latuerat, nominavit. Tunc illi eum instantissime vocaverunt; et illis diebus quattuor Hayram fautoribus in conflictibus male cessit: quod Haly, factus hilarior, cum audisset, falces et alia vastationis vasa ferri præcipiens, ivit Giennium anno Arabum CCCCVIII, et cum iam vexilla et tubæ et ceteri apparatus existerent extra urbem, ipse intravit balneum, quod in præsidio habebatur, et intrarunt cum eo aliqui eunuchi, qui eum in balneo occiderunt, et continuo recesserunt.

(f) Compl. Zilfeya: infra Zelfeye.

(g) Tol. inerat.

CAP. XLIV.

De regno Alcazim.

Cumque exercitus foris expectans, moræ dispendium causaretur, aliqui ad præsidium redierunt, et cum eum quærerent, in balneo mortuum invenerunt, capite conquassato. Tunc concilium civitatis præsidium observarunt, donec

ve-

veniret germanus eius, Alcazim nomine, qui Hispali morabatur, quem in Regem illico elevarunt. De interfecto eunuchis non nisi duos pueros invenerunt, quos protinus occiderunt. Regnavit autem prima vice Alcazim annis tribus, mensibus quattuor, diebus viginti sex. Hayram autem semper instabat, ut Almortada promoverent, et misit nuncium Mundar Principi Cæsaraugustæ, et misit Citanam, Valentiam, et Dertusam, ut venirent omnes, et Abderramen Almortada obedirent: qui communiter concesserunt, et venientes Giennium, in Regem pariter promoverunt. Venientes autem, occiderunt ^(a) quotquot de Barbariis invenerunt, et à Giennio proficiscentes, Murciam adierunt, quam Rex statim acquisivit, et introivit; vidensque quod sibi prospera succedebant, cœpit ^(b) concilia civitatum diligere, et fovere, et eos qui eum receperant, honorare. Ab Hayram autem et Mundar oculos avertebat, nec ex corde recipiebat, nec, ut consueverat, honorabat; et dum quadam die causa videndi ad eius palatium accessissent, fecit eius introitum denegari, et diu exterius expectare: qui merito indignati, adinvicem loquebantur: "Merito patimur, quia tanto studio, ut Rex fieret, procuravimus." Et tunc odium conceperunt. Rex autem Abderramen, collecto exercitu, ivit Granatam, et in monte qui ^(c) Secustar dicitur, fixit castra, qui distat sex leucis à Granata: et cum Granatam appropinquasset, inter viros exercitus dissensio fuit orta, et, ut dicitur, Hayram et Mundar cum

Granatæ domino hoc tractarant, propter iniuriam sibi factam. Cumque Granatam Abderramen exercitus impugnaret, qui interius erant, extra congregari attentarunt; et quia dissensio exteriorum animos dividebat, sibi fugæ, adversariis victoriæ causam dedit: et fuit ibi Abderramen Mortada interfectus, et sic ingritudinis pœnas luit, et Granatenses, prædæ copia occupata, cum capitibus occisorum Cazim Regi Cordubæ pretiosa donaria transmiserunt: et hac victoria ^(d) Alcazim recuperavit de his ^(e) quas perdidit, plures villas. Tunc Alcazim Hispalim est profectus, et statim ibi in Regem est elevatus.

CAP. XLV.

De regno Hyahye.

Cordubenses ^(f) vero nepotem Cazim, Hyahye nomine, in Regem sublimarunt anno Arabum CCCCXII; Hyahye autem blandiebatur omnibus, et se munificum ostendebat. Exinde autem ivit Malacam, ubi olim fuerat dominus, et morator; et dum esset ibi Alcazim, ^(g) ad Hispalim pernoctavit: et Cordubam veniens, secunda vice in Regem iterum est receptus, et regnavit secunda vice mensibus septem, diebus tribus, anno Arabum CD^(h)XIV. Verum quia Barbarii à rapinis et direptionibus et iniuriis quiescere ignorabant, et stationes vendentium evertabant, cives conqueri non cessabant, ⁽ⁱ⁾ et non poterant tolerare: et quadam die, dum ad orationem ^(j) consisteret in Mezquita, insonuit vox clamoris; et

^(a) Tol. quicquid.^(b) Tol. consilia civitatum deligere.^(c) Compl. Secuste.^(d) Compl. hic et sæpe Cazim.
^(e) Tol. quæ.^(f) Compl. autem.^(g) Compl. ab Hispali.^(h) Compl. XIII.⁽ⁱ⁾ Tol. sed nec.^(j) Compl. consistenterent.

cives, muro et turribus occupatis, cum Barbariis usque ad noctem congregari non cessarunt: et cum cives præsidium invasissent, Cazim fugiens, in urbis angulo cum Barbariis se recepit, ubi diebus aliquot ^(a) restiterunt, donec cives universaliter concurrentes, et plus mori, quam vivere ^(b) optantes, insultu acerrimo eos à loco refugii abegerunt, et eos obstinatis animis insequentes, pro magna parte cæde et interitu extinxerunt. Cazim autem, fugæ prodigus, filiis suis qui erant Hispali, intimavit, ut præpararent Barbariis mille quingentas domos de melioribus civitatis. Cumque Cazim Hispali advenisset, civitatis ei ianuas seraverunt propter domos quas iusserat præparari: filii autem eius ad eum cum paucis complicibus exierunt. Cazim autem inde recedens, huc et illuc ferebatur incertus, donec cepit eum Hyahye, filius fratris sui, et in castro quod ^(c) Hanax dicitur, compedivit. Viri autem Hispaliis rogaverunt quemdam iudicem Mahomath, filium Habeth, ut urbi et populo præsideret: et ille, licet invitatus, eorum parvit voluntati, timens, ne forte urbi periculum immineret. Cordubenses autem fecerunt Regem quemdam, qui Abderramen dicebatur, germanum Mahomath filii Abdeliabar, qui olim regnaverat apud eos, et hoc, quia erat de genere Abenhumeye, et priori ^(d) statui restitui cupiebant: sed quia ante eum in Regem elegerant Zuleman Almortada, nec tamen res pervenerat ad effectum, in sua promotione Abderramen pepercit senioribus, qui consen-

serant in Zuleman; sed securitatis præstitæ post oblitus, seniores cepit, et carceri mancipavit. Et cum cives factum huiusmodi percepissent, carcerem adierunt, et seniores, effractis ostiis, eduxerunt, et inde ad præsidium ascenderunt, et ianuas confregerunt, ducentes secum quemdam, qui dicebatur Mahomath, et præsidium perscrutantes, invenerunt Abderramen in furno balnei latitantem, et reperiunt continuo occiderunt, et in quadam domo suburbii sepelierunt: et hic tantum uno mense et diebus decem et septem regnavit.

CAP. XLVI.

De regno Mahomath, et Hyahye, et eorum discidiis, et de Idriz.

Hoc extincto, regnavit Mahomath uno anno, mensibus quatuor, diebus viginti et duobus, anno Arabum CCCCXIV; et cum regni confinia peragraret, fama insonuit apud suos, quod pecunias et margaritas et pretiosos lapides secum ferret: et, ut hæc auferrent, mortis poculo dominum occiderunt. Et cum mortem eius Cordubæ audivissent, Hyahye, Haly filium, Regi mortuo subrogarunt: et regnavit Hyahye mensibus tribus et diebus ^(e) duobus; et iovit Malacham, ubi quondam fuerat commorator, et viri Malachæ se ei protinus reddiderunt. Abuz autem, Granatæ dominus, ^(f) Hyram et Muzeit de suorum maioribus Cordubam destinavit; et cum eorum adventum viri Cordubæ prænovissent, de his qui in urbe remanserant, usque ad mille Barbarios occiderunt: et venientes Prin-

(a) Tol. restiterunt.

(b) Compl. iam optantes.

(c) Compl. Hanax.

(d) Tol. Anax.

(e) Compl. non habet statui.

(e) Compl. viginti.

(f) Compl. Hayram, et Muzeit.

Prin-

Principes admiserunt, et Alguazilus et scriptor et familia Hyahye prorsus Malacham confugerunt; et brevi termino vix incepto, ^(a) Hizmael, filius Habeth, Hyahyan interfecit, et caput eius ^(b) Issem qui erat Hispali, destinavit. Cum autem audivisset Idriz frater Haly, de quo diximus, qui Septæ dominabatur, fratris interitum et regni ^(c) mutationem, Malacham cisfretavit, et obtento præsidio, Regem statuit se vocari. Ibi venit ad eum Abuz, qui Granatæ dominabatur, et Idriz ut Regi et Principi obedivit; et sumpta secum multitudine armatorum, ivit Carmonam, et inde Hispalim, ut eos Idriz dominio inclinaret, et in Alcalá iuxta Hispalim resederunt, et sequenti die Trianam, quod est ^(d) suburbium Hispalis, combusserunt, et in castro præsidii viri Hispalis chirographum obedientiæ conscripserunt, quo Idriz in dominum receperunt: eodem modo ei se subdidit Almeria.

CAP. XLVII.

*De schismatibus et dissidiis
citra mare.*

Nunc ad historiam Cordubæ revertamur. Cum Hayram et Mogeyt, occisis Barbariis, Cordubam intravissent, zelus incidit inter eos, et uterque mortem ab alio metuens præveniri, ambo Cordubam exiverunt, et ab invicem discesserunt. Cordubenses autem quemdam, qui ^(e) Issem dicebatur, non ille quem quondam, ad culmen regiminis elevarunt, et regnavit Cordubæ annis duobus, diebus quattuor: in Frontaria autem

annis duobus, mensibus septem, diebus octo. Cordubenses vero eum pro causa huiusmodi removerunt. Habebat Alhagib, qui plus domino potens erat, et hic erga cives crudelissime se habebat; et cum esset vilis genere, vilitatem in potentia ostendebat, eo quod conditionis non immemor, in omnibus excedebat, et cum nemine concordabat, et falsis occasionibus ^(f) immerito offendebat, et bona civium Barbariis erogabat: unde et cives Alhagib occiderunt, et Regem à regni solio expulerunt. Quidam autem, Humeya nomine, assumpto secum iuvenum comitatu, præsidium est ingressus, et ut se Regem facerent, postulabat: et dixerunt ei: "Vides quod civitas iam turbatur, et quod te ^(g) interficient, formidamus" At ille respondit: "Mihi hodie obedite, et me in crastino interficite." Ecce quanta est ambitio dominandi. Cives autem Hyssem et isti subinterminationis periculo præceperunt, ut præsidium relinquentes, se reciperent quocumque vellent, et cives adinvicem condixerunt, ut nemo de genere Abenhumeye Cordubæ remaneret. Hyssem autem valedicens filiis et amicis, ivit ad quoddam castrum, quod in montanis Cordubæ erat situm; Cordubenses vero castrum post modicum temporis obsederunt, et Hyssem captum custodiæ tradiderunt. Sed inde subiugali vehiculo noctu effugiens, Zuleman Abenhut, Regem Cæsaraugustæ, in asylum sui periculi prælegit. Qui suscipiens liberaliter, et benigne, dedit ei castrum, quod dicitur ^(b) Acuela, in quo deguit quoad vixit.

Nn CA-

^(a) Compl. Hyzmel.^(b) Tol. Hisse. Al. Issæ.^(c) Tol. imitationem.^(d) Compl. quasi suburbium.^(e) Compl.^(f) Compl.^(g) Compl.^(h) Compl.⁽ⁱ⁾ Tol. Hyssem.^(j) Compl. dicitur hic hoc post hoc capite leguntur ut regnum violentia esse.^(f) Compl. immeritos.^(g) Compl. interficiant.^(b) Compl. et Al. Alzuela.

CAP. XLVIII.

De regno Almoravidum in Hispania, et de morte Abenhabeth.

Et illis diebus non fuit Rex in Hispania de genere Abenhumeya, sed unusquisque in loco cui præerat, rebellabat. Cordubenses autem, cum Regem alium non haberent, monetæ, pannorum, et ^(a) gemmatum litteras sub ^(b) Hyssem nomine conscribebant, et hic finis regni Cordubæ, quia fere in singulis locis, qui potuit, dominium usurpavit, donec ^(c) Monarcha Africæ, qui erat ex Almoravidis, omnia occupavit. Cordubæ insurrexit Alguazilus, nomine Iahuar, filius Mahomath. ^(d) Hispali insurrexit iudex quidam, qui Albucazim dicebatur, et obiit anno Arabum CCCXXXIII. Post eum filius eius Habeth, et obiit anno Arabum CCCCLXI. Post hunc filius eius Mahomath Abenhabeth. Hic obtinuit Cordubam et alia plura loca, et satis prospere rexit terram. Postea Almoravidi, qui sunt ex Barbariis de Lutinia, huic dominium abstulerunt, cum in dominio durasset annis XXIII, et hoc fuit anno Arabum CCCCLXXXIII. Erat autem Rex Almoravidum Yuceph, filius Tessefin. Hic prædictum Mahomat tamdiu captum tenuit, donec in vinculis vitam finivit. Hic Mahomath Abenhabeth Aldefonsi Regis qui Toletum ceperat anno Arabum CCCCLXXXVII, timore turbatus, contra eum Yuceph ^(f) Abentessefin in auxilium evocavit, sed veniens, ipsum primitus captivavit, deinde in campo Zalla, quæ prope Badaloz, cum

(a) Al. Granatum. Tol. legit Granati.
(b) Al. Iessem.

(c) Compl. hic et cap. seq. Monarchus.

(d) Tol. Hispanis.

(e) Compl. LXVII.

(f) Compl. Aben Tessafin.

(g) Compl. Abenyabaph.

Aldefonso Rege acriter dimicavit, quod proelium hic omittimus, quia in historia Gothica est descriptum.

CAP. XLIX.

De monarchia Yuceph citra mare et ultra mare.

Yuceph autem Abentessefin adeptus victoriam, in Africam est reversus, et quia intellexit Wandalos Arabes multis dissensionibus minoratos, assumpta maiori multitudine, cisfretavit, et totam terram Wandaliæ occupavit, et fuit Monarcha ultramarinus et cismarinus, et duravit sibi huiusmodi monarchia annis LV. ab anno Arabum CCCCLXXXIII. usque ad DXXXIX annum, quando per Almoades dominium perdidērunt, ut superius in historia Gothica est expressum. Hic Rex Yuceph terram et populos custodivit, et omnibus iustitiam conservabat: et eos qui in particularibus præsiidiis rebellarunt, tamdiu infestavit, donec suo dominio ^(g) subiugaret. Yahyie autem, dictus Allcadyrbille, postquam Toletum perdiderat, ivit Valentiam, quæ ad suum dominium pertinebat, et annis ^(h) XVI. vixit ibidem, et interfecit eum iudex quidam, qui ⁽ⁱ⁾ Abenahab dicebatur: postea cepit eam Rodericus Didaci Campiator, et eo mortuo, eam Almoravides occuparunt. Cæsaraugustæ ^(j) etiam insurrexit Mundir, filius Hyahye, et post eum filius eius Yahya Almundafar. Demum tota terra ^(k) illa contermina Christianis se reddidit Zuleman filio Hamath, qui Abenhath dicebatur. Hic Zuleman fuerat Alcaydus Mundir, fi-

(g) Compl. subiugavit.

(h) Compl. VIII.

(i) Compl. Abenyabaph.

(j) Compl. enim.

(k) C. M. S. Compl. desunt reliqua quæ in hoc postremo capite leguntur, ut suspicamur, violenter extracta.

fili Hyahye, de quo diximus. Post quem filius eius Hamath successit: post eum filius eius Yuceph: post eum filius eius Hamath, cognomine Almuztaim: post eum Abdelmelich: post eum filius eius Hamath, cognomine Almultazit. Hic amisit Cæsaraugustam, et confinia quæ habebat, et Almoravides omnia occuparunt, et in locis aliis alii rebellant, quos omnes Almoravides subiecerunt. Insurrexit Murcia quidam Abderramen Abentaxeci, et tenuit eam, donec eum venientes Almoravides eiecerunt. Insurrexit Almeriæ Mohez Abdalla. XIV. annorum erat, cum insurrexit, et totam terram perdidit præter Almeriam, sed et eum Almoravides obsederunt. Et insurrexit Granatæ Abdalla, sed eam post modicum temporis Almoravides occuparunt: et ita dicitur quod eam ultimo acquisierunt. Post hæc Yuceph Abentessefin reversus est in Marrocos, quam Barbarii Almoravides in urbem regiam dilatarant, et ibi statuerunt caput regni. Isto mortuo, Haly filius eius

successit in regno, et fuit inventus debilis et ignavus, nec regni confinia defendebat. Post eum regnavit filius eius Tessefin, vilis animo et virtute, et plus iniuriis quam defensione patriæ insistebat, et quia viderunt à regalibus actis alienum, in eum ubilibet surgebant, et ubique et quilibet rebellabant, et bellis indesinentibus infestabant, et fere perdidit totum regnum. Hoc fuit anno Arabum DXXXIX, et regnum Wandaliæ LIII. annis possederant citra mare. Erat autem inter Wandalos cismarinos vir prudentia præditus, liberalis, strenuus, et benignus, qui Mahomath Abenzahath, et Rex lupus postea fuit dictus. Hic obtinuit regnum Valentia, et regnum Murcia, et quæ ad ea confinia pertinebant, Lorcã, Vastam, et Guadix, et loca plurima circa ista. Christiani etiam plurima occupabant, donec venientes Almoades ab Africa et Wandalia Almoravides extirparunt. Sed quia de adventu eorum in historia Gothica fuimus prosecuti, hic nolumus iterare.

EXPLICIT HISTORIA ARABUM.



APPENDIX PRIMA.

SERIES

REGUM HISPANIÆ.

Reges.

1.

ATHAULFUS frater uxoris Regis Alarici : post huius obitum à Gothis electus: uxorem duxit Placidiam , filiam Theodosii, et sororem Arcadii et Honorii Imperatorum : proditione occisus Barcinone à Dobbio Galo anno 417.

2.

SIGERICUS electus anno 417, et eodem occisus à domesticis suis.

3.

WALIA in Hispaniis commoratus , et postremo vitæ suæ tempore Tolosæ in Galliis, ubi mortuus anno 420.

4.

THEODOREDUS electus à Gothis anno 420 , et occisus anno 451 in prælio apud campos Catalaunicos, in quo Attila Hunnorum Rex superatus.

5.

TURISMUNDUS electus anno 451 , et occisus à fratribus suis
Theo-

Reginæ.

I.

PLACIDIA uxor Athaulfi in obsidione et deprædatione Romæ ab Alarico facta anno 410 in captivitatem redigitur. Postea anno 414 Narbonæ nupsit Athaulfo , post cuius mortem Sigericus eam restituit Honorio. Secundò nupsit Constantio , à quo filium habuit Imperatorem Valentinianum tertium. Obiit Romæ anno 450.

Theodorico et Federico Tolosæ in Galliis anno 454 iuxta quorundam chronologiam.

6.

THEODORICUS frater Turismundi, electus anno 454. Vicit Recharium Suevorum Regem apud flumen Urbicum, quattuor leucis à civitate Asturica, in loco denominato *Paramo*, quo bello extinctum fuit Suevorum in Gallæcia regnum: occisus Tolosæ à fratre suo Eurico anno 467.

7.

EURICUS è Galliis venit Hispaniam: Pyrinæos traiciens, obsedit Pampilonem, Cæsaraugustam, aliasque civitates: pervenit usque Carpetanos, seu Toletanam provinciam; potitus universa fere Hesperia nostra: leges Gothorum collegit. Obiit Arelati in Galliis anno 483, regni sui successorem relinquens filium suum Alaricum.

8.

ALARICUS filius Eurici, desponsatus Theudicuzæ filiz Theodoricus Ostrogothorum Regis. Pœna mortis decrevit rebelles plecti, quos Cæsaraugustæ insurgere suasit Petrus, vulgo appellatus *Urdimalas*: iniunxit Aniano Iurisconsulto in compendium redigere leges codicis Theodosiani: licet Arianis favens, tamen indulisit Sancto Cæsario Metropolitæ Arelatensi celebrare Concilium: occisus apud Carcasonam in bello Germanico à Clodovæo Francorum

Rege, illius successit Gesalicius filius notus.

GESALICUS filius notus Alarici: electus Narbonæ anno 467 à Gothicis qui partes Amalarici non sequebantur: occisus in Galliis apud flumen Durenium anno 470, quo tunc regnavit Amalaricus.

AMALARICUS prius fuit constitutus sub tutela Theodoricus Regis Italicæ: inde negotia expeditabantur, et precipue suo indulsit decreto, ut Tartaricæ nense cogretur Concilium. Matrimonio sibi copulavit Clotildem Catholicam, filiam Clodovæi Francorum Regis: Narbonæ occisus à militibus Childiberti fratris uxoris suæ Clotildis anno 484.

THEUDICUSA uxor Alarici: pater eius Theodoricus hoc foedere nuptiali devinctus, mortem mariti filiz suæ vindicavit: Francos è Gallia Gothica expulit, eorumque regnum Gothicis attribuit.

CLO-

Rege , illique successit Gesalicus filius nothus.

9.

GESALICUS filius nothus Alarici : electus Narbonæ anno 506 à Gothis qui partes Amalarici non sequebantur : occisus in Galliis apud flumen Druencium anno 510 , quo tutus regnavit Amalaricus.

10.

AMALARICUS prius fuit constitutus sub tutela Theodorici Regis Italiæ : inde negotia expediebantur , et præcipue suo indulgit decreto , ut Tarracense cogere Concilium. Matrimonio sibi copulavit Clotildem Catholicam , filiam Clodovæi Francorum Regis : Narbonæ occisus à militibus Childeberti fratris uxoris suæ Clotildis anno 531.

11.

THEUDIUS , seu **THEUDIS** , electus anno 531 : quamvis Ariana hæresi infectus , tamen nec Ecclesiæ pacem turbavit , nec Episcopis catholicis denegavit Concilium celebrare Tolitanum , in quo regulæ disciplinæ ecclesiasticæ iuxta S. Isidorum fuerunt præscriptæ : à quodam se amentem simulante fuit occisus anno 548.

12.

THEUDISELUS , sive **THEODISELUS** , electus anno 548 , subsequenti Hispali occisus ab

opti-

Theodoro et Federico Tolo-
se in Galliis anno 454 iuxta
quorundam chronologiam.

THEODORICUS frater Tur-
mundi , electus anno 454. Vi-
cit Rechiarium Suevorum Re-
gem apud flumen Udicum ,
quatuor leucas à civitate Astu-
rica , in loco denominato Para-
ta , quo bello extinctum fuit
Suevorum in Gallia regnum.

3.

CLOTILDIS uxor Amalarici , fi-
lia Clodovæi et S. Clotildis Re-
gum Francorum : Catholica Re-
ligione præstantissima ; et ob
eam tuendam labores , contu-
melias , et ludibria innumera ab
Amalarico illata , constanter est
perpressa , donec à fratre suo
Childeberto secum in Galliam
apportata , devicto Amalarico ,
ipso in itinere obiit anno 531 ,
eiusque corpus Lutetiam Pari-
siorum delatum , ubi iacet iux-
ta parentes suos.

4.

N. uxor Theudis. Latet eius no-
men , sed certo constat Hispanam
et prædivitem fuisse : Catho-
licam Religionem professam :
et non è Gothis originem du-
xisse , coniicitur ex bono affectu
Regis viri sui Ariani erga Ca-
tholicos , quos nullo modo inse-
ctatus est.

RIN-

optimatibus ab ipso ad cœnam invitatis.

13.

AGILA electus anno 549: occisus Emeritæ à suis subditis, postquam victus fuit à successore suo Athanagildo anno 554.

14.

ATHANAGILDUS electus omnium plausu et acclamatione anno 554 post mortem Agilæ: Toletum imperii sui sedem (iuxta quosdam Historiographos) constituit. Censetur Arianus, sed secreto Religionem Catholicam professum fuisse assertitur à S. Isidoro in Chronic. Goth. in editionibus Grotii, Labæi, et Magistri Florezii. Obiit in lecto suo Toleti anno 567.

15.

LIUBA I. electus anno 567. Toletum Regiam suam constituit, et regni socium adscivit Leovigildum fratrem suum. Obiit in Gallia Narbonensi anno 572, successorem regni relinquens Leovigildum.

16.

LEOVIGILDUS pacificè regnum ingressus anno 572: prius (iuxta Adonem) desponsatus Rinchildi: secundo Gosvintæ, antea uxoris Athanagildi. Filium suum Hermenegildum desponsavit Ingundi Catholicæ, eisque Hispalim ut Regiam suam donavit; verùm cum Hermenegildus Arianam hæresim abiurasset, patri exinde invisus, huius iussu Hispali fuit occisus

an-

anno 584: funditus everit I. eo-
vigilus Suevorum in Hispania
dominam, et obiit Toleti cir-
ca hanc aevi 585.

HERMENEGILDUS, quamvis
regis autoritate in Bortia (ut
diximus) sanctus, cum propter
eius conversionem ad Fidem
Catholicam mortem subierit
adhuc vivente patre Leovigil-
do, in catalogum Regum Hi-
spaniæ sedem non habet.

17.

RECCAREDUS Rex pacificus,
liberalis, clemens, piusque: ipse
totaque Gothorum gens palam
hæresim Arianam abiuravit in
Concilio III. Toletano, cui ad-
fuit una cum uxore sua Bado-
na. Obiit Toleti anno 601, cum
regitare coepisset anno 586.

5.

RINCHILDIS uxor prima Leo-
vigildi, filia Chilperici et Fre-
degundæ Francorum Regum, et
mater S. Hermenegildi et Rec-
caredi.

6.

GOSVINTA uxor secunda Leo-
vigildi, defuncto Athanagildo
priore viro, secundò nupsit Leo-
vigildo Regi: professione Aria-
na; qua de causa pravis sug-
ge-

ge-

anno 584: funditus evertit Leovigildus Suevorum in Hispania dominium, et obiit Toleti circa finem anni 585.

HERMENEGILDUS, quamvis regia autoritate in Bœtica (ut diximus) functus, cum propter eius conversionem ad Fidem Catholicam mortem subierit, adhuc vivente patre Leovigildo, in catalogum Regum Hispaniæ sedem non habet.

17.

RECCAREDUS Rex pacificus, liberalis, clemens, piusque: ipse totaque Gothorum gens palam hæresim Arianam abiuravit in Concilio III. Toletano, cui adfuit una cum uxore sua Badona. Obiit Toleti anno 601, cum regnare cœpisset anno 586.

gestionibus Leovigildi odium adversus Catholicos, et filium suum Hermenegildum vehementer commovit.

INGUNDIS uxor Sancti Hermenegildi, filia Sigeberti, et Brunichildis Regum Austrasiæ: tamquam uxor fidelis et Catholica Hermenegildum virum suum Arianum post nuptias anno 579 contractas fidelem Catholicum et S. Martyrem reddidit. Eo ex matrimonio natus eis fuit Athanagildus, cuius mors et sepulcrum pari modo ac matris suæ Ingundis ignoratur.

7. 8.

RINGUNTIS, et **CLODOSVINDA** uxores Reccaredi. Volens Reccaredus Rex sanguine Regi Francorum copulari, nuptias Ringuntis filiæ Chilperici appetiit; sed cum iter in Hispaniam Ringuntis faceret, è Tolosa patriam rediit, conscia iam obitus patris sui, tum aliis infortuniis et laboribus commota; quæ de causa Reccaredus desponsatus fuit Clodosvindæ filiæ Clotarii, quæ si pervenit in Hispaniam, perbrevis vita functa est; parvo enim tempore interiecto, invenimus Reccaredum matrimonio iunctum Badonæ.

9.
BADONA. Eius patriam, et parentes ignoramus, licet Gothicum nomen sit: tantum nobis certo constat una cum viro suo subscripsisse catholicæ professioni in Concilio III. Toletano.

18.
LIUBA II. filius Reccaredi Regis,
 electus anno 601, et occisus à
 Witerico anno 603.

19.
WITERICUS dolo et vi ele-
 ctus post Liubæ necem, quam
 pari modo subiit, nam occisus
 à suis fuit ipso in prandio an-
 no 610.

20.
GUNDEMARUS electus anno
 610. Obiit Toleti anno 612.

21.
SISEBUTUS electus anno 612:
 Iudæos è Hispaniis expulit, plu-
 resque, ut baptizarentur, coe-
 git: Astures, et Rucones sub-
 egit: duobus in præliis Roma-
 nos vicit, omnia recuperans,
 quæ occupaverant ad oras ma-
 ris Mediterranei: Tingim, Se-
 ptam, vel Zeutam, aliaque op-
 pida et castra in Africa suæ di-
 tioni subdidit. Basilicam S. Leo-
 cadiæ extramuros Toleti extru-
 xit. Obiit anno 621.

22.
RECCAREDUS II. Sisebuti fi-
 lius, electus anno 621, eodem-
 que obiit.

23.
SUINTILA electus anno 621,
 clarissimus Dux, magnus Rex,
 et Pater pauperum appellatus:
 quid-

10.
HILDAURA uxor Gundemari.
 Eius pietas, religio, et virtu-
 tes certo nobis constant; cetera
 verò, patriam, et parentes igno-
 ramus: ab omnibus diu incolu-
 mis desiderata, obiit anno 612.

11.
THEODORA uxor Suintilæ. Fi-
 liam fuisse fertur Sisebuti Regis,
 et tam pravis moribus, sicut
 Oo Suin.

quidquid Imperiales detraxerant, suo regno restituit; sed in tantum à priori virtutis et clementiæ semita deflexit, ut de eius tyrannide subditi conquesti, absque ulla vi Sisenandum conclamarent Regem, et à Patribus Concilii IV. Toletani fuerit Suintila depositus, et tamquam flagitiosus damnatus.

24.

SISENANDUS electus eodem anno 631, in quo depositus Suintila: Catholicæ Religioni favit: indixit, et adfuit Concilio IV. Toletano in Basilica S. Leocadiæ. Obiit mense Martio anno 636.

25.

CHINTILA electus anno 636: suo tempore celebrari curavit in Basilica S. Leocadiæ Concilia V. et VI. Toletana, ubi à patribus conclamatus *zelo ardens puritatis fidei et celsitudinis animi*: è regno expulit Iudæos. Obiit anno 640.

26.

TULGA filius Chintilæ, electus anno 640: etsi iuvenis, moribus senex, prudens, iustus, et liberalis. Obiit Toleti anno 642 magno cum fletu, et sui desiderio; abreptus enim, quando spem magnam subditi præconceperant.

27.

CHINDASVINTUS regnare cepit anno 642; cupiensque regnum suum ditare scriptis virorum doctrina et virtutibus præstan-

Suintila vir suus, quem Patres Concilii IV. Toletani, præside Sancto Isidoro, imprecationis et excommunicationis fulmine pariter et Theodoram perculerunt.

12.

RECIBERGA uxor Chindasvinti, non Reccesvinti: hanc opinionem tamquam probabiliorem amplectimur; contraria enim le-

stantiorum, iniunxit Eugenio Archipræsuli Toletano opus Dracontii corrigere, et augere: Romam misit Taionem Episcopum Cæsaraugustanum, ut cuncta opera S. Gregorii Magni afferret: suo tempore habitum Toleti fuit Concilium VII: obiitque anno 650.

28.

RECCESVINTUS socius in regno superstite patre suo Chindasvinto, post cuius mortem solus gubernavit: anno quinto imperii sui adfuit Concilio VIII. Toletano cum Comitibus et Proceribus regni in Basilica Prætoriensis SS. Apostolorum Petri et Pauli: licet non adfuerit, celebrare curavit Concilia Toletana IX. et X. Obiit Reccesvintus initio Septembris anno 672.

29.

WAMBA electus anno 672: sacro chrismate sollemniter inunctus Toleti à Quirico Archipræsule Toletano in Basilica SS. Apostolorum Petri et Pauli. Hac in sacra cæremonia, ait S. Iulianus, è vertice regii capitis prodiisse quemdam vaporem, fumo similem, simulque ex eo prosiliisse apem, signum absdubio virtutum Regis, et eius meliflui regiminis. Vicit Paulum tyrannum: Toletum ornavit: regnum, et Regiam dimisit, ut Deo liberius inserviret. Successorem suum Ervigium designavit sollemnitatibus,

levioribus argumentis innititur, quam ut eis fidere debeamus: nam quod in epitaphio in eius laudem à S. Eugenio scripto (ut in codice Bibliothecæ Toletanæ) legitur *paro feretrum*: *Reccesvintus* mendosum credimus, potiusque legendum *Chindasvintus*, quemadmodum primo tomo in prim. part. Opusc. S. Eug. pag. 33. annotavimus.

bus, quæ in Concilio XII. Toletano referuntur. Obiit in Monasterio Pampliegæ anno 687.

30.

ERVIGIUS designatus à Rege Wamba, et huius sollemni renuntiatione electus ab optimatibus Gothorum, ut patet ex cap. 1. Concilii Toletani XII. Unctus à S. Iuliano sacro chrismate anno 680: sequenti omnium suffragiis in Concilio electus, et proclamatus: fulmine excommunicationis Patres Concilii perculerunt omnes qui ei obedire recusarent, aut contra eius vitam insidias molirentur. Aduit Concilio XIII. Toletano, præside S. Iuliano. Sollicitudine Summi Pontificis Benedicti II. indixit Concilium subsequens XIV. ad profligandos Apollinaris errores. Regni successorem nominavit Egicam, et obiit anno 687.

31.

EGICA nominatus regni successor ab Ervigio, adeptus est clavum regium anno 687: desponsatus Cixilonæ filiæ Regis Ervigii, et ipse è regia stirpe ortum duxit. Aduit Concilio XV. Toletano in Basilica Prætorien- si SS. Petri et Pauli. Eius sollicitudine in Concilio XVI. Toletano fuit depositus Sisbertus Archipræsul Toletanus, infensus sceptro et vitæ Regis, et in Concilio XVII. regio nutu audacia Iudæorum compressa; nam Hispaniæ Iudæi cum Afris foedissime adversus Christianos convenerant. Obiit anno 702.

WI-

13.

LIUBIGOTONA uxor Ervigii. Nomen huius Reginæ certo apparet ex canonibus quarto et quinto Concilii XIII. Toletani, in quibus denominatur: cetera desiderantur.

28.

14.

CIXILONA uxor Egicæ, filia Regum Ervigii et Liubigotonæ, et mater Witizæ.

N.

32.

WITIZA filius Egicæ , qui illum socium in regno fecit anno 698 , et superstate Rege Egica fuit sacro chrismate inunctus anno 700. Solus regnavit etiam ante patris obitum. Suo tempore celebratum fuit Concilium XVIII. Toletanum , cui interfuerunt Episcopi supra quinquaginta , et acta deperierunt. Vivente Witiza irruit in Hesperia nostræ oras Ulit Saracenorum Rex , Duce Muza. Obiit 711.

33.

RODERICUS violenter in regnum ingressus anno 711 : sequenti à Mauris in Bætica victus , ipseque occisus , sive captus , sive profugus , disparuit : et Arabum incursione , cædibus , cladibus , vastationibus , et horrore respersa Hispania ingemuit , iugoque Mahumeticæ servitutis deservit partim otii causa , partim militum imperitia , et præcipue prodicionibus Oppæ fratris Witizæ.

34.

PELAGIUS , exuviis gentis inclitæ Gothorum in aspera Asturum montana collectis , electus fuit prius Dux , postea Rex anno 718 : filius fuit Favilæ : cuius virtute tribuendum est , ne in Hesperia nostra Christianum nomen omnino deleretur , et funditus everteretur : Gothorum regia progenies , ut ex ea paulisper post aliquot sæcula revivisceret. Vicit Mauros iuxta Co-

va-

15.

N. uxor Witizæ. Uxorem duxisse fertur Witizam , sed illius nomen ignoratur.

16.

EGILONA uxor Roderici. Cum superstes fuisset Maurorum incursioni , viri sui devictione , seu morte apud flumen Guadalete , nupsit Abdalic Mauro filio Muzæ Ducis , ut constat ex chronico. Isidori Episcopi Pacensis authoris synchroni.

17.

GAUDIOSA uxor Pelagii. Iuxta chronic. Regis Alfonsi III. vel Sebastiani Episcopi Salmanticensis , hæc Regina denominatur Gaudiosa , simulque asseritur sepultam fuisse in Asturiis iuxta Pelagium virum suum in Ecclesia S. Eulaliæ de Velamio.

FROI-

vadongam anno 719; obiitque anno 737: sepultus in Ecclesia S. Eulaliæ de Velamio in confinio oppidi *Cangas de Onis* nuncupati, quam ædificaverat una cum uxore sua Gaudiosa.

35.

FAVILA filius Pelagii, et huius successor in regno anno 737 recognitus: construxit Ecclesiam S. Crucis apud *Cangas de Onis*. Dum venaretur, ab immani urso occisus anno 739, et sepultus in eadem Ecclesia S. Crucis.

36.

**ALFONSUS
ET ERMISENDA.**

ALFONSUS, cognomento Catholicus, regnum obtinuit causa matrimonii initi cum Ermisenda, sorore Regis Favilæ, et Pelagii filia: strenuus Dux, sua virtute dominium uxoris amplificavit, pluries devictis Mauris fama conspicuus. Obiit anno 757, et iacet una cum uxore sua.

37.

FROIILA I. filius Alfonsi Catholici, in Regem electus anno 757: seditionem in provinciis Alavæ et Navarræ ortam sedavit: in Gallæcia victoriam adversus Mauros obtinuit: Ecclesiam

18.

FROILIUBA uxor Favilæ. Ex hac Regina tamquam radice originem ducunt regię et imperiales familiæ Franciæ et Austriæ: filia enim eius Favinia nupsit Luifredo patri Gofredi Suevorum Ducis, qui filios habuit Hildegardam uxorem Imperatoris Caroli Magni, et Emericum à quo originem ducunt Duces Austriæ. Obiit Asturiis, iacetque in Ecclesia S. Crucis, apud *Cangam de Onis*, iuxta virum suum.

19.

ERMISENDA uxor Alfonsi I: fertur sepultam fuisse iuxta virum suum in *Covadonga*, ubi proelium adversus Mauros mirabiliter obtentum à Pelagio: alii asserunt eam iacere in Monasterio S. Petri de *Villanova*, quod ipsa apud *Cangas* extruxerat.

20.

NUNIA uxor Froilæ I. Cum Rex Froila perrexerit ad sedandum motum Alavensis provinciæ, invisit ibi Nuniam, eique postea nupsit. Propterea Alavensem fuisse non ambigitur, et

à

siam Cathedralē Ovetensem construxit: fratrem suum Vimarānum vita privavit, ipseque eadem infausta sorte à suis dolo occisus anno 768.

38.

AURELIUS electus in Regem anno 768: filius alterius Froilæ fratris Regis Alfonsi Catholici, vel (ut aliis placet) frater Froilæ Regis: obiit anno 774, et sepultus in Ecclesia S. Martini de Langreo, quinque leucis ab Oveto, hodie appellatur S. Martinus Regis Orelen, seu Aurelii, vocabulo corrupto.

39.

SILUS ET ADOSINDA.

SILUS matrimonio sibi copulavit Adosindam sororem Regis Froilæ, cuius iure potitus est regno: bellum adversus Mauros non gessit: in Gallæcia quosdam rebelles subegit. Obiit Praviæ in Asturiis anno 783, et inibi sepultus in Ecclesia S. Ioannis à se constructa.

40.

MAUREGATUS vulgo fertur etiam apud quosdam Historicos filium fuisse spurium Alfonsi Catholici ex ancilla; sed Tuden-

à quibusdam asseritur è regia progenie Regum Navarræ originem duxisse: iacet in Ecclesia Cathedrali Ovetensi una cum viro suo, qui præfatam Ecclesiam ædificavit.

41.

ADOSINDA uxor Silonis, filia Alfonsi et Ermisendæ, neptisque Pelagii: post obitum viri sui in monasterium iuxta Concilii XIII. Toletani, necnon Cæsaraugustani III. decretum se recepit: minime hoc constare asserit Marchio Mondexarensis animadversion. 116. ad Histor. Ioannis de Mariana; eius tamen venia certo nobis persuasum est, præfatam Reginam in monasterium ingressam iuxta præfata decreta, ne ignobilis et inhonora in sæculo maneret. Et post eius mortem corpus inde apportatum fuit in Ecclesiam S. Ioannis de Pravia, ut una ibi cum viro suo iaceret.

22.

CREUSA uxor Mauregati. Eius solum nomen, et sepultura in Asturiis in Ecclesia S. Petri de Truvia nobis compertum.

OZEN-

densis affirmat fuisse naturalem ex ingenua Asture : regnum invasit, privans eo Alfonso ab optimatibus electum : obiit anno 788, et sepultus Praviæ.

41.

BEREMUNDUS I. Diaconus, filius Froilæ : licet sacro ordine diaconatus insignitus, electus tamen fuit anno 788, et desponsatus Nunilonæ, sive Ozen-dæ : agnoscens se fuisse dicatum Deo, regnum dimisit Alfonso II. Casto : dein, ut privatus, in societate Alfonsi Casti ex fratre nepotis vixit usque ad annum 796, quo obiit. Eius corpus ab Alfonso Imperatore ad monasterium S. Ioannis de Corias translatum creditur.

42.

ALFONSUS II. Castus : adeptus est regnum dimissione Beremundi Diaconi : Ecclesiam Cathedralē Ovetensem refecit : suo tempore inventum est corpus S. Iacobi Apostoli : pluries Mauros vicit, et profligavit. Obiit anno 842, regni sui relinquens heredem Ranimirum I. patrualem suum.

43.

RANIMIRUS I. filius Regis Beremundi : cessione, seu nominatione patruelis sui Alfonsi Casti adeptus est regnum : insignes triumphos adversus Mauros, Normannos, et alios invasores reportavit : vias publicas latronum incursu infestas immunes reddidit, decernens furibus oculos erui. Obiit anno 850.

OR-

23.

OZENDA uxor Beremundi I. Patria, et progenitores eius ignorantur : fertur sepultam fuisse iuxta virum suum in monasterio S. Ioannis de Corias ordinis S. Benedicti, quo eius corpus è Ciella fuit allatum.

24.

BERTA, sive **BERTINALDA**, uxor Alfonsi II. Casti. Non abs re creditur Bertam è regia progenie Francorum originem duxisse : eius corpus iacet in Ecclesia Cathedrali Ovetensi iuxta virum suum.

25. 26.

PATERNA et **URRACA** uxores Ranimiri I. Paterna ante viri sui Ranimiri in regnum inaugurationem genuit Ordonium I. Obiit ante adeptam Reginæ coronam ; eiusque corpus iacet iuxta virum suum Oveti. Urraca è Castellæ provincia originem ducens, viro suo superstes fuit. Eam summis laudibus pie-

ta-

44.

ORDONIUS successit patri suo Ranimiro : regnum victoriis protendit : Legionem , Asturicam , Tuden , et Amagiam instauravit : Mauros è Salmantica , et Cauria expulit : obiit podagræ morbo Oveti anno 866 , et sepultus in Cathedrali Ecclesia , ubi cernitur eius epitaphium : ante eius obitum à vasallis præstitum fuit iusiurandum obediendi filio suo Alfonso III.

45.

ALFONSUS III. Magnus ob partas victorias nuncupatus : victor usque Conimbricam Portugalliæ pervenit : ædificari iussit permagnum templum S. Iacobi : obiit anno 910 , vel alio ex tribus sequentibus , et sepultus Asturicæ : postea eius corpus Ovetum translatum , ubi iacet.

46.

GARCIA , filius primogenitus Alfonsi III , quo vivente , regnare cœpit : depopulatus est Maurorum terras usque Talaveram , quam spoliavit , et eius muros protrivit . Obiit Zamoræ absque liberis anno 913 , vel 914 , et inde Ovetum eius corpus translatum .

47.

ORDONIUS II , frater Garciae Re-

tatis , et religionis extollunt Episcopus Tudensis , et Rodericus Toletanus : fertur obiisse Oveti anno 861 , ibique sepultam fuisse iuxta virum suum .

27.

NUNIA uxor Ordonii I . Latet origo huius Reginae , eius tamen nomen certo constat plurimis ex donationibus , et privilegiis , quæ cum viro suo fecit in favorem Ecclesiarum , ut videre licet in scripturis Compostellæ , Oveti , et monasterii S. Iuliani *de Samos* in Gallæcia .

28.

XIMENIA uxor Alfonsi III . filia Garciae Iniguez , et Urracæ Regum Navarræ : una cum viro suo pretiosa munera obtulit , donavitque Ecclesiæ Compostellanae , et Ovetensi . Monasterium S. Facundi ordinis S. Benedicti refecit , amplificavit , et dotavit . Obiit post virum suum , iacetque Oveti iuxta eum .

29.

NUNIA uxor Garciae . Fertur filiam fuisse Comitis Nunii Fernandez , gubernatoris Amagiæ , unaque cum viro suo deditam fuisse erectioni , et dotationi monasteriorum , quæ vocant *de las Dueñas* , et Eslonzæ ordinis S. Benedicti apud Legionem .

30.

ELVIRA uxor prima Ordonii II ,

Pp

fi-

Regis, et successor in regno: insignem nactus est victoriam apud oppidum S. Stephani de Gormaz: Legione construxit Cathedralē Ecclesiam, et civitatem hanc sedem suam regiam constituit: suo tempore Papa Ioannes X. approbavit ritum nostrum Hispanum, de quo certior fuit factus à Legato Apostolico Ianelo. Obiit Zamoræ, vel potius Legione, anno 924, et in Ecclesia à se inibi constructa sepultus.

filia Beremundi Gatoñez, neptis Gatonis et Egilonæ Comitum *del Vierzo*: carissima viro suo, unaque cum illo operibus piis intenta. Creditur obiisse Zamoræ anno 922. Eius corpus iacet Oveti.

31.

ARAGONTA uxor secunda Ordonii II. Fertur natam Gallæciæ, aviamque fuisse S. Rudesindi, et cum viro suo displicisset, ab eo repudiatam: hac de causa mundum spernens, se recepit in monasterium de Salceda, provinciæ Tudensis, quod ipsa ædificaverat; ibique fama virtutis præclara, obiit in Domino.

32.

SANCIA uxor tertia Ordonii II. Cum Rex Navarræ Garcia Sanchez subsidia ab Ordonio petiisset, ut Mauros è Rivogia expelleret, cito venit Ordonius Legionis Rex magno exercitū, quo ipsemet inimicos profligavit, eisque abstulit provincias Navarræ, et Vigueræ. Hac occasione ait Sampirus Episcopus desponsatum fuisse Ordonium Sanciæ filiæ Garcia Navarræ Regis, victoriisque comulatum, ad Regiam suam rediisse; nullaque ulterior fit Regiæ Sanciæ mentio.

33.

48.
FROILA II. frater Ordonii II. regnavit anno uno, et duobus mensibus. Obiit Legione, et in Cathedrali Ecclesia sepultus iuxta fratrem suum. Dum viveret

NUNILONA XIMENIA uxor prima Froilæ II, filia Sancii Abarcæ et Todæ Aznar Regum Navarræ: denominata fuit Asturiarum Regina, ut patet ex

no-

quo-

nominati fuere iudices Castellæ,
Nunius Rasura, et Lain Cal-
vus.

quodam privilegio Ecclesiæ Ca-
thedralis Ovetensis, sed Legio-
nis regnum nusquam obtinuit;
nam vir eius morte fuit præ-
ventus anno 923, sive 924:
neque Principatum Asturiarum
diu sustinuerunt; Ordonius enim
Rex eum occupavit post an-
num 13, sive 14 talis denomi-
nationis in diplomatibus.

37.

URRACA uxor prima Ordonii III.
filiæ Ferdinandi Gonzales Co-
mitis Castellæ, et Sancii San-
chez Infantissæ Navarræ: decla-
rata nullitate huius matrimonii
occasione discordiæ Ordonium
inter et eius socerum, aliique
de causis Urracæ Ordonio Ra-
nimirum, quo mortuo, ad ter-
tium virum in monasterium se
recepit, ibi iuncta an-

ORDONIUS III, filius Ranimi-
ri, eiusque successor omnium
34. URRACA uxor secunda Froi-
læ II. In diplomatibus et privi-
legiis S. Ecclesiæ Compostella-
næ, et monasterii S. Isidori de
Dueñas Urraca subscripsit ut
Regina anno 924 una cum vi-
ro suo: patria, progenitores, et
mortis annus desiderantur.

Parente suo iaceret.

35.

49. ALFONSUS IV. Monachus, fi-
lius Ordonii Regis, et ex fra-
tre nepos Froilæ: anno 931 re-
gnum cessit fratri suo Ranimi-
ro II, et monasticam vitam
amplexus in monasterio S. Fa-
scundi. Obiit in monasterio de
Ruiforco prope Legionem an-
no 932, ubi iacet.

XIMENIA uxor Alfonsi IV. Ex
quodam scriptura donationis cu-
iusdam monasterii factæ S. Co-
miti Osorio Gutierrez apparet,
S. Comitem avunculum fuisse
Ximeniæ, et consequenter è fa-
milia Osoriorum originem du-
xisse. Filium habuit Ordonium,
quem appellant Pravum. Re-
gnum Legionis occupavit, dum
Sancius I. denominatus Crasus
in Africam iter fecisset sanita-
tis causa recuperandæ, ad cra-
sitiem corporis minuendam.

38. THERESIA XIMENIA uxor
Sancii I, filii Comitis de Mon-
zon Ansuris Ferdinandez. Histo-
rici hanc R. O. cum Goto-

50. RANIMIRUS II, frater Alfon-
si IV, cuius renuntiatione ade-
ptus est regnum anno 931: il-
lustris multis victoriis contra
Mauros partis: cepit Matritum,
et confinia usque Toletum po-
pulatus est. Obiit Legionem an-

36. URRACA THERESIA uxor
Ranimiri II. Nomen et fami-
lia huius Reginæ certò nobis
non constant, sed omnibus est
eius comperta pietas erga mo-
nasteria quæ erexit: mater fuit
duorum Regum Ordonii III. et

no 950, vel 951, et sepultus in monasterio S. Salvatoris, quod erexerat, et in quo filia eius Elvira monasticam vitam degebat.

51.

ORDONIUS III, filius Ranimiri, eiusque successor omnium Episcoporum, et optimatum acclamatione: dexterrimus in disciplina militari: viriliter clavum regni tenuit adversus insurgentes. Obiit Zamoræ anno 955, aliove ex duobus sequentibus, indeque corpus eius Legionem translatum, ut una cum parente suo iaceret.

35

XIMENIA uxor Alfonso IV. Ex quadam scriptura donationis cuiusdam monasterii factæ S. Comiti Osorio Gutierrez apparet S. Comitem avunculum fuisse Ximene, et consueverit S. familia Osotorum originem duxisse. Filium habuit Ordonium, quem appellavit Rarum. Regnum Legionis occupavit, dum Sancius I. denominatus Crassus in Africam fecisset sortis.

52.

SANCIUS I, frater Ordonii III, optimatum favore suffultus, thronum ascendit: licet iure hereditario ad Beremundum filium Ordonii attineret, tamen ob huius minorem ætatem, et imbecillitatem ad res Hispaniæ sarciendas Sancius electus. Cum Comes Gundisalvus, Gallæciæ gubernator, virus illi in pomo dedisset, obiit Legionem anno 966, (ne-

Sancii I. et prudentissimæ, beatæ, et toto corde coniunctæ Deo Infantissæ Elviræ; ita enim eam appellant Episcopi et optimates in comitiis Legionensibus, ut ait Sampirus. Obiit Urraca anno 956, eiusque corpus iacet Oveti.

37.

URRACA uxor prima Ordonii III. filia Ferdinandi Gonzalez Comitis Castellæ, et Sancia Sanchez Infantissæ Navarræ: declarata nullitate huius matrimonii occasione discordiæ Ordonium inter et eius socerum, aliisque de causis, Urraca Ordonio Pravo nupsit, quo mortuo, ad tertias nuptias convolavit, et obitu tertii viri in monasterium se recepit, ibique vita functa anno 965.

38.

ELVIRA uxor secunda Ordonii III. Reiecta ab Ordonio III. Urraca, desponsatus fuit Elviræ filiæ Gundisalvi et Theresiæ Comitum Asturiarum, ex eaque filium habuit Beremundum II.

39.

THERESIA XIMENIA uxor Sancii I, filia Comitis de Monzon Ansuris Fernandez. Historici hanc Reginam cum Gotoña Nuñez uxore Regis Sancii Ordoñez confundunt, sed perperam; nam Sancius Ordoñez tantum in Gallæcia, non vero in Legionem regnavit. Præfata Theresia Ximenia corpus S. Pelagii Martyris è Corduba appor-

ta-

ni (nequaquam verò, ut vulgò creditur, in monasterio *del Castri- llo*: tom. 19. *Hisp. Sacræ*, cap. 6. num. 33. et seq.) ibique iacet, sepultus iuxta parentem et fratrem suum.

53.

RANIMIRUS III. filius Sancii, post cuius mortem à proceribus Regni Legionensis fuit proclamatus, licet quinquennis, sub tutela matris suæ Theresiæ et amitæ Geloiræ. Obiit Legionem anno 982, vel 984, et sepultus in monasterio S. Michaelis *de Destriana*, quod suus ædificaverat avus Ranimirus II.

54.

BEREMUNDUS II. Legionem fuit proclamatus ab universis regni proceribus: cum Almanzor's irruptionem pertimescerent subditi, Ovetum transporterunt corpora Regum, quæ Legionem et Asturica erant tumultata, et in Cathedrali Ovetensi deposuerunt. Obiit podagra confectus in Vierzo anno 999, et sepultus Villæ-bonæ: inde Legionem translatum fuit eius corpus, et in Ecclesia Sancti Ioannis Baptistæ (hodie S. Isidori denominata) requiescit.

AL-

tari curavit Legionem, ubi monasterium S. Martyris advocacione extruxit, et post obitum viri sui in id se recepit; cumque præfati Martyris S. Pelagii corpus Ovetum fuisset translatum, unà cum illo in hanc civitatem migravit, ibique obiit circa finem sæculi decimi, vel initium undecimi.

40.

URRACA SANCIA uxor Ranimiri III. Nomen et cognomen huius Reginæ, eiusque sepultura in civitati Ovetensi tantum nobis certo constant: cetera desiderantur.

41.

VELASQUITA uxor prima Beremundi II. Quidam filiam fuisse Ordonii Pravi, alii Garcia Comitis Castellæ; sed alii verosimilius asserunt filiam fuisse Ranimiri II, et à viro separatam ob cognationem quam habebant. (*Risco tom. 1. Hist. Legion. pag. 231 et seq.*) Obiit post annum 1024.

42.

ELVIRA uxor secunda Beremundi II, filia Garcia Comitis Castellæ: obitu viri sui Beremundi regnum gubernavit in minori ætate filii sui Alfonsi V; et cum is ad maiorem pervenit ætatem, Elvira in monasterium fertur se recepisse. Obiit ante annum 1028, iacetque

Le-

55. **ALFONSUS V**, filius Beremundi, cœpit regnare sub tutela Elviræ matris suæ. Legionem ab Almanzore eversam refecit; et in ea celebrare curavit Concilium, in quo statutæ fuerunt leges, quæ vulgò appellantur Forum Legionis. Obiit in obsidione civitatis Visei Portugalliæ sagitta transfixus die 5 Maij anni 1027, vel potius in mense Iunii anni sequentis. Corpus eius Legionem fuit deportatum, et in præfata Ecclesia S. Isidori sepultum.

56. **BEREMUNDUS III**, filius Alfonsi, pius, religiosus, et castus: obiit in valle *de Tamaron* apud Carrionem anno 1037 in bello contra Reges Castellæ et Navarræ, Ferdinandum I, et Garciam sororios suos: corpus eius Legionem deportatum, et in Ecclesia S. Isidori sepultum.

57. **FERDINANDUS I
ET SANCIA.**

Causa matrimonii initi inter Ferdinandum I. et Sanciam regnum Castellæ Legioni fuit unitum: illud cessione Sancii maioris Navarræ in Ferdinandum filium suum, et Legionense, quia sine liberis decessit Beremundus frater Sanciæ: sic igitur adunatis regnis in Sancia et Fer-

Legione iuxta virum suum in regio mausoleo Ecclesiæ S. Isidori.

43. **ELVIRA** uxor Alfonsi V, filia Mendi Gonzalez, et Maioris, Comitum Gallæciæ, sub quorum cura fuit Alfonsus V. enutritus, et qui eam Regi desponsarunt. Obiit anno 1052: eius corpus iacet Legionem in præfata Ecclesia S. Isidori iuxta virum et soceros suos.

44. **XIMENIA** uxor Beremundi III, filia Sancii Garciae et Urracæ Comitum Castellæ. Certo constat eius corpus iacere in præfata Ecclesia S. Isidori una cum viro suo: cetera desiderantur.

45. **SANCIA** uxor Ferdinandi I, filia Alfonsi V. et Elviræ, sororque Beremundi III, ante cuius obitum regnum Castellæ obtinuit Sancia; nam cum Sancius Rex Navarræ iure hereditatis Domnæ Maioris uxoris suæ, filiæ Sancii Comitum Castellæ, Comitatum hunc obtinisset, illum cessit Ferdinando I; ita ut deinceps Comitatus Castellæ esset regnum æque ac Legionis: de-

Ferdinando I, res christiana au-
geri, Religio propagari, servi-
tus Mahometica excuti, et qua-
si reviviscere cuncta cœperunt.
Obiit Ferdinandus Legionē an-
no 1065, et sepultus in regia
Ecclesiā S. Isidori.

58.

SANCIUS I. Castellæ, et II. Le-
gionis, primogenitus filius Fer-
dinandi et Sanciæ: cum pater
regni divisionem fecisset, San-
cio obtigit regnum Castellæ;
cumque id ægrè tulisset, utpo-
te maior natu, bellum intulit
fratri suo Alfonso, eumque re-
nuntiare Legionis regno coegit:
propterea Alfonso exul Toletum
ad Regem Maurorum se
recepit. Sancius obsedit Zamora-
ram, ubi Urraca soror sua com-
morabatur, et inibi occisus à
proditore Vellido Arnulfez an-
no 1072.

59.

ALFONSUS VI. Legionis, Ca-
stellæ I, frater Sancii Regis
qui Alfonso in carcerem de-
trusit animo oculos eruendi; sed
astu sororis Urracæ è carcere
eductus, ad Regem Maurorum
Toleti regnantem se recepit: et
ab eadem sorore conscius factus
mortis Sancii, ad regnum Ca-
stellæ et Legionis fuit adscitus,
et utrumque amplificavit: cepit
Toletum, et alias quam plures
civitates expugnavit: Toleti suo
iussu inductus fuit Romanus
ritus, Gothico relicto: magnus
Ecclesiæ defensor, et rectissi-
mus iudex. Obiit Toleti an-
no

nominati igitur Sancia et Ferdi-
nandus Reges Castellæ, modico
tempore interiecto, hereditate
obtinuit Sancia Legionis regnum.
Obiit anno 1067, et eius cor-
pus iacet Legionē in præfata
regio mausoleo S. Isidori iux-
ta virum suum.

46.

ALBERTA uxor Sancii II. Nil
de hac Regina præter nomen
est nobis compertum.

47.

URRACA FERNANDEZ so-
ror Sancii, et Alfonsi VI. qui
ei Reginæ titulum contulit, de-
vinctus beneficiis permagnis ab
Urraca acceptis: virtutibus et
animi dotibus præclara; unaque
ex illustrioribus Reginis debet
censeri. Obiit anno 1101. Eius
corpus iacet Legionē in regio
mausoleo S. Isidori.

48.

AGNES uxor prima Alfonsi VI:
Hispanam fuisse nobis verosi-
militer persuasum. Obiit anno
1078, ferturque eius corpus ia-
cere in monasterio S. Facundi
ordinis S. Benedicti in diœcesi
Legionensi.

49.

CONSTANCIA uxor secunda Al-
fonsi VI, filia Roberti, et Er-
mengaudæ de Semur Borgoniæ
Ducum, antea uxor Hugonis II.
Comitis Cabillonensis. Eius præ-
cipue suasu ritus Gothicus To-
letanus, seu Muzarabicus in
Hispania abolitus, et Romanus
in

no 1109 omnium mœrore. Corpus eius iacet in monasterio S. Facundi, quo fuit apportatum.

Obiit anno 1067, et eius corpus iacet in præfato monasterio S. Isidori iuxta Legionem.

46.

ALBERTA uxor sancti H. III. de hac Regina præter nomen est nobis compertum.

47.

URRACA FERNANDEZ soror sancti, et Alfonsi VI. cuius Regina titulum contulit, de victis beneficiis permagnis ab Urraca accepit: virtutibus et animi dotibus præclara; namque ex illustrioribus Regibus debet censeri. Obiit anno 1101. Eius corpus iacet in regione in regio mausoleo S. Isidori.

48.

AGNES uxor prima Alfonsi VI. Hispanam fuisse nobis verosimiliter persuasum. Obiit anno 1078, terræque eius corpus iacere in monasterio S. Facundi ordinis S. Benedicti in diocesi Legionensi.

49.

CONSTANCIA uxor secunda Alfonsi VI. filia Roberti, et Franchæ de Semur Borgoniæ Ducum, ante exor Hugo II. Comes Castelloniensis. Huius principis suæ ritus Gothici Tolosani, seu Mexicenses in Hispania abolitas, et Romanus

UR-

in eius locum suffectus. Obiit anno 1093. Iacet eius corpus in prædicto monasterio diocesis Legionensis iuxta virum suum.

50.

BERTA uxor tertia Alfonsi VI. Quidam asserunt fuisse natam in Galliis, alii autem in Etruria; sed re vera progenitores, patria, et dies obitus ignorantur: tantum constat iacere eius corpus in præfato monasterio S. Facundi una cum viro suo.

51.

ELISABETH uxor quarta Alfonsi VI. In epitaphio huius Regine, quod extat in regio mausoleo Legionensi S. Isidori, legitur filiam fuisse Ludovici Regis Francorum, et diem suum clausisse anno 1107; sed in præfato monasterio S. Facundi asseritur, non levi fundamento, eius corpus iacere cum anterioribus uxoribus Alfonsi VI.

52.

AGNES BEATRIZ uxor quinta Alfonsi VI. Nominibus Agnetis et Beatricis usam fuisse nobis persuasum, et hoc modo gravissimis difficultatibus extricamur. Filia fuit Guidonis et Mateodæ, seu Matildis, Ducum Aquitanie: viro suo Alfonso VI. superstes, rursus in patriam suam se recepit. Habuit etiam Alfonsus iuxta Rodericum Præsulem Toletanum, et alios Scriptores aliam uxorem filiam Beneveti Regis Mauri Hispali regnantis, quæ baptizata est nomine Mariæ Elisabeth,

et

et alio cognomine Zaida appellata, et in regio mausoleo Legionensi in eius sepulcro uxor denominatur. Sed alii inter legitimas, et primi ordinis uxores eam renuunt adnumerare, utpote Arabem, et ad secundi ordinis uxores eam ablegant.

53.

URRACA Regina, filia Alfonsi VI. et Constanciæ: primo nupsit Raymundo filio Comitum Burgundiæ; postea Alfonso I. Regi Aragoniæ: cumque exinde permagnæ exortæ fuissent lites et discordiæ, fuit declaratum tamquam incestuosum hocce matrimonium. Obiit anno 1126, eiusque corpus iacet in regio mausoleo Legionensi S. Isidori.

54.

SANCIA, filia Urracæ et Raymundi, soror Alfonsi VII. qui eam Reginam appellare decrevit: eius pietas, religio, et prudentia in monasteriis à se erectis apparet, necnon in epitaphio quod in eius sepulcro hodieum cernitur. Obiit anno 1159, iacetque in præfato regio mausoleo Legionensi S. Isidori.

55.

BERENGARIA uxor prima Alfonsi VII, filia Raymundi III. decimi Comitis Barcinonensis, et Dulcis Comitissæ Provinciæ: castitatis cultrix, veritatis amans, Dei timore plena, et pauperum et orphanorum patrona: obiit

Qq an-

anno 1149, eiusque corpus iacet in regio mausoleo Legionensi S. Isidori.

BLANCA uxor sancti Regis III. Legionis, et II. Castellæ, filia Garcie VI. et Margaritæ de Perche Regum Navarre, pro neptis Roderici Diaz de Bivar, vulgo Xid denominati. Cum in lucem edidisset Alfonsus VIII. anno 1156, ipso in partu vita functa, sepelitur in regio mausoleo Legionensi S. Isidori.

ELFONOR Angliæ uxor Alfonsi VIII, filii Henrici II. Regis Angliæ, viduæ duorum Regum.

60.

URRACA et **ALFONSUS VII.** eius filius. Cum sine liberis decessisset masculis Alfonsus VI, hereditate primo potita est regno Urraca eius filia; et postea Alfonsus VII. huius filius primogenitus: qui Legionem sollempni

omni pompa et apparatu coronam Imperatoriam totius Hispaniæ accepit anno 1135: obiitque anno 1157 in portu *de Muradal* apud Navas de Tolosa, unde corpus eius Toletum fuit deportatum, et requiescit in maiori capella S. Ecclesiæ Toletanæ.

anno 1149, eiusque corpus iacet Compostellæ.

56.

RICA de Polonia uxor secunda Alfonsi VII, filia Ladislai II. Ducis Poloniæ, neptis Boleslai III, et mater Infantis Ferdinandi iacentis in monasterio Toletano S. Clementis monialium ordinis Cisterciensis: creditur perdurasse matrimonium cum Alfonso VII. ab anno 1153 usque ad 1157, in quo, defuncto Alfonso, Imperatore cognominato, è Regno Hispaniæ egressa, ad ulteriores transiit nuptias. Itaque memoria eius in Hispania deperiit.

57.

BLANCA uxor Sancii Regis III. Legionis, et II. Castellæ, filia Garcix VI. et Margaritæ de Perche Regum Navarræ, proneptisque Ruderici Diaz de Bivar, vulgo *Zid* denominati. Cum in lucem edidisset Alfonso VIII. anno 1156, ipso in partu vita functa, sepelitur in regio monasterio Naxerensi ordinis S. Benedicti.

58.

ELEONOR Angliæ uxor Alfonsi VIII, filia Henrici II. Regis Angliæ, aviaque duorum SS. Regum, Ferdinandi Regis Hispaniæ et Ludovici Francorum: ipsa hortante, Alfonso vir eius ædificare iussit regium monasterium *de las Huelgas* sanctimonialium ordinis Cisterciensis; necnon Toleti erigi curavit altare in honorem S. Thomæ

URRACA Regina, filia Alfonsi VI. et Constantis: primo nupsit Raymundo filio Comitis Burgundix; postea Alfonsi I. Regi Aragonix: cumque exinde pertransisset exortis suis sunt lites et discordix, fuit de claratum tempus incestuosum. Obiit anno 1158, eius corpus iacet

61.

SANCIUS II. Castellæ, filius Alfonsi et Berengariæ, cognominatus Desideratus; natus etenim iam quinque transactis annis matrimonii parentum suorum, brevique obiit, sui desiderium relinquens, anno 1158. Corpus iacet sepultum in capella maiori S. Ecclesiæ Toletanæ iuxta parentem suum.

62.

ALFONSUS VIII, filius Sancii, Bonus merito cognominatus: Concham, et alias civitates è Mauris recepit. Insignis tamen et eius præcipua adversus Arabes memoratur victoria apud Navas Tolosæ obtenta anno 1212. Obiit in oppido Garci-Muñoz apud Arevalum anno 1214, et sepultus in monasterio Burgen-si monialium Cisterciensium, quod

mæ

quod vocant *de las Huelgas*, ab illo, ut dicitur, erectum, vel saltem ditatum, et ampliori fabrica ornatum.

63.

HENRICUS I. Castellæ, filius Alfonsi. Prius bene regnare cœpit sub tutela matris, et sororis suæ Eleonoræ, et Berengariæ; postea perperam sub tutela Comitis Alvari Nunii de Lara: adhuc decimo quarto suæ ætatis anno non expleto, obiit Palenciæ anno 1217: iacet eius corpus in præfato monasterio *de las Huelgas*: eiusque obitu hereditate accepit regnum soror eius Berengaria, quæ postea regnum filio suo S. Ferdinando cessit.

64.

FERDINANDUS II. Legionis, filius Imperatoris Alfonsi VII, et Berengariæ: gubernacula regni Gallæciæ tenuit adhuc superstite patre, illique successit in regno Legionis. Obit in oppido Benavente anno 1188. Inde eius corpus Compostellam translatum, ubi iacet iuxta matrem suam Berengariam.

mæ Cantuariensis concivis sui post octo annos à die martyrii. Obit anno 1214. Eius corpus iacet in præfato regio monasterio *de las Huelgas* prope Burgos.

59.

MAFALDA uxor Henrici I, filia Regum Portugalliæ Sancii I. et Dulcis, et soror S. Theresiæ, de qua postea. Cum nondum Henricus I. duodecimum ætatis suæ annum supergressus fuisset, nupsit Mafaldæ consanguineæ suæ absque impedimenti dispensatione; qua de causa ab Innocentio III. nullitate matrimonii declarata, regressa est in Portugalliam, ibique Deo se vovit in monasterio, in quo percelebris fama sanctitatis vixit usque ad annum 1256, sive 1257, statimque ab illius obitu Beata denominari cœpit. Demum hoc anno 1792 Apostolica Sedes approbavit cultum immemorabilem huic ancillæ Domini exhibitum.

60.

URRACA Portugalliæ uxor prima Ferdinandi II, filia Regum Portugalliæ Alfonsi I. et Mafaldæ Sabaudiæ: etiam coacta est, à viro suo Ferdinando propter impedimentum consanguinitatis discedere, licet iam ei liberum edidisset Alfonsum IX. Sanctimonialis S. Ioannis postea effecta, vixit usque post annum 1188. Eius corpus iacet in cœnobio Bambæ eiusdem ordinis prope Vallisoletum.

61.

THERESIA uxor secunda Ferdinandi II. Creditur filiam fuisse Comitum Nunii de Lara et Theresiæ Fernandez de Traba, licet Archiepiscopus Rodericus, et Lucas Tudensis alios ei assignent parentes. Obiit anno 1180, iacetque in regio mausoleo Legionensi S. Isidori.

62.

URRACA DE HARO uxor tertia Ferdinandi II, filia Comitum Lupi Diaz de Haro domini Cantabriæ, Naxeræ, et Haro, et Aldonzæ Ruiz de Castro. Viro suo defuncto, Religionem est professa Ordinis Cisterciensis in monasterio *de Vileña*, quod ipsa prope Burgos erexerat, et propriis dotaverat bonis: iacet eius corpus in capella maiori præfati monasterii.

63.

S.THERESIA uxor prima Alfonsi IX, soror Beatæ Mafaldæ: ob virtutum, et miraculorum famam Beatorum albo à Clemente IX. adscripta: postquam à viro suo discessit, se recepit in monasterium Cisterciense *de Lorbaon* prope Conimbriam: sanctitate conspicua, in eo vitam duxit ad annum usque 1250, quo obdormivit in Domino, iacetque eius corpus in præfato monasterio.

64.

BERENGARIA uxor secunda Alfonsi IX. Hanc magnam Reginam alii Sanctam ut Theresiam

65.

**ALFONSUS IX.
ET BERENGARIA.**

ALFONSUS IX, filius Ferdinandi et Urracæ Portugalliæ, prius desponsatus S. Theresiæ; et nullitate huius matrimonii decreta ob impedimentum consanguinitatis non dispensatum à S. Pontifice, postea matrimonio copulatus Berengariæ, quæ hereditate regnum Castellæ obtinuit, et ex ea filium habuit S. Ferdinandum, et ex alia Venerabilem Sanciam Alfonsi, cuius corpus iacet Toleti in regio conventu S. Fidei ordinis equestris S. Iacobi: strenue adversus

sus Mauros dimicavit. Obiit anno 1230 in oppido Villæ novæ *de Sarria*, et eius corpus sepultum Compostellæ iuxta parentem suum.

siam denominant, alii sanctissimam feminam, alii mirabilem virtutum exemplo, alii heroinam incomparabilem, alii denique dexterrimam et rectissimam administram pacis et belli: hoc brevi compendio egregia eius facta compilantur. Filia fuit primogenita Alfonsi VIII, et mater S. Regis Ferdinandi. Obiit circa annum 1246 in monasterio Burgensi *de las Huelgas*, ubi iacet, meritis, et egregiis facinoribus præclara: imaginem sui in filio Ferdinando nobis reliquit.

66.

S. FERDINANDUS III, filius Alfonsi IX. et Berengariæ, natus anno 1198, seu 1199, proclamatus Vallisoleti Rex Castellæ anno 1217, et cessione matris suæ regnum Legionis adeptus post obitum patris sui Alfonsi. Rex Castellæ inauguratus, insignes victorias adversus Mauros reportavit: recuperavit Regna Cordubæ, Murcia, Gienii, et Hispalis: Regem Maurum Granatæ vectigalem fecit. Ecclesiam Toletanam, Hispalensem, Burgensem, Asturicensem, Auriensem, et alias miro opere extrui curavit. Obdormivit in Domino Hispali anno 1252, et à Clemente X. Beatorum fastis adscriptus anno 1671. Eius corpus iacet Hispali in regia capella Metropolitanæ Ecclesiæ.

65.

BEATRIX Sueviæ uxor prima S. Ferdinandi, filia Philippi Ducis Sueviæ, Imperatoris Germaniæ, Romanorumque Regis electi: flagrans odore virtutum, vitam duxit usque annum 1235, quo obiit in civitate Tauri, unde corpus eius fuit delatum in prædictum monasterium *de las Huelgas*, donec Alfonsus Sapiens, eius filius, illud transtulit Hispalim, ubi requiescit in regia capella iuxta S. virum suum Ferdinandum.

66.

IOANNA uxor secunda S. Ferdinandi, filia Simonis Comitis Dammartini, et Mariæ Comitissæ Pontivensis, (non Pictaviensis) proneptis Ludovici VII. Regis Francorum. Macte animi femina, virum suum S. Ferdinandum in bello adversus Mauros pluries fuit comitata; primaque ex Reginis Catholicis, post Hispalim è Mauris recuperatam, nomen, et rem

virtutem excelsam, aliis de-
nam incomparabilem, aliis de-
nique delectationem et vestigia
miam admodum pacis et belli
hoc brevi audio carere

67.

ALFONSUS X. Imperator, To-
leti natus, filius primogenitus
S. Regis Ferdinandi, Sapiens
cognominatus: qui à puero lit-
teris optimè imbutus, sapientia
ceteros antecelluit. Leges Par-
titarum statuit: Tabulas Astro-
nomicas, quas vocant Alfonsi-
nas, ordinavit: necnon chroni-
cam generalem scripsit, vel sal-
tim scribi fecit ab Archidiacono
Toletano Gaufrido Loaysa,
ut existimat eruditus vir Ra-
phael Floranes in dissertatione
quam prelo paratam se habere
dicit in pag. 421. chronic. Alfon-
si VIII. edit. Matrit. ann. 1783.
E Mauris plures civitates re-
cepit; et iugum Mahometicum
fere ab Hispaniis excussit. Ele-
ctus Imperator Germaniæ. Obiit
Hispali anno 1284, eiusque cor-
pus ibi iacet in Ecclesia Cathed-
rali Metropolitana iuxta paren-
tem suum.

68.

SANCIUS IV, filius secundo ge-
nitus Regis Alfonsi. Toleti sol-
lemni pompa accepit coronam
regni è manu Archiepiscopi To-
letani, præsentibus Episcopis
Burgensi, Conchensi, et Cau-
riensi; prævaluit enim contra
Infantes de la Cerda. Obiit To-
leti anno 1295, eiusque corpus
iacet in Ecclesia maiori Tole-
tana in cornu Evangelii.

FER-

Hispalensis Reginæ est adepta.
Viro suo destituta, in Franciam
se recipiens, commorata fuit
Abbevillæ, ubi ad secundas tran-
siit nuptias. Obiit anno 1268.

67.

VIOLANTIS Aragoniæ uxor Al-
fonsi X, filia Iacobi I. et Violan-
tis Ungariæ Regum Aragoniæ:
calliditate et astu in gerendis ne-
gotiis percelebris. Viro suo su-
perstes post relictam ex eo il-
lustrem progeniem, Romam
iter fecit anno iubilæi à Bonifa-
cio VIII. indicto: Hispaniam
rediens, obiit in oppido *de Ron-
cesvalles*, ubi iacet.

68.

MARIA ALFONSA de Molina
uxor Sancii IV. Hanc Reginam
magnam omnes appellant, et
Rodericus Palentinus inclitam,
piam, religiosam, et sanctam:
æmulata est namque, si non au-
xit, cumulum virtutum, quibus
fuit ornata eius avia Berengaria.
Quasi navis iactata procellis et
tempestatibus trium Regnorum
perquam commotorum, veluti

ru-

eiusque corpus iacet in Ecclesia
S. Facundi.

MARIA Portugallie uxor Alfon-
si XI, filii Alfonsi IV. et Be-
atricis Castellie, Regum Portu-
gallie; sed cum illi secundo
gradu consanguinitatis coniu-
cta esset, et huius impedimen-
ti dispensationem non obtinuis-
sent, postea Ioannes XXII.

69.

FERDINANDUS IV, filius San-
cii, et magnæ Reginæ Mariæ,
sub cuius tutela feliciter regna-
vit; sed ea solutus, et devians
à consiliis prudentissimæ ma-
tris, iuvenili ætate abreptus il-
lecebris, et pravis opinionibus
asseclarum, cœpit eis nimis in-
dulgere. Obiit anno 26 ætatis
suæ, anno 1312, intra diem
præscriptum ab equitibus *de*
Carvajal, quos inauditos morti
damnaverat. Eius corpus iacet
Cordubæ.

70.

ALFONSUS XI. novem annis
sub tutela magnæ Reginæ Ma-
riæ aviæ suæ fuit constitutus;
patre enim Ferdinando, dum
unius anni esset, fuit orbatus:
expleto ætatis suæ decimo quar-
to anno, cœpit solus regnare;
et extinctis regni turbationibus,
fœdere se Regi Portugallie co-
pulavit ad prælium iuxta flu-
men salsum, in quo perillustrem
victoriam est consecutus una
cum Rege socio: volensque Al-
fonsus capere castrum *de Gi-*
braltar, illud obsedit; et cum
pestis in castris grassaretur, ea
in-

rupes fortissima, stabilis per-
mansit in medio mari adversus
contumelias mariti, adversus in-
gratitudinem filii, et adversus
innumeros proditores, qui re-
ctissimum et prudentissimum
eius gubernium offuscare inten-
derunt. Obiit anno 1321, eius-
que corpus iacet in monasterio
Vallisoletano *de las Huelgas*.

69.

CONSTANCIA Portugallie uxor
Ferdinandi IV, filia Dionysii
et S. Elisabethæ Regum Portu-
gallie: viro suo unius tantum
anni tempore superstes, pa-
rumper regnavit. Obiit in op-
pido S. Facundi diœcesis Le-
gionensis, quin aliam sui reli-
querit memoriam; socrus enim
eius magna Maria omnium ad-
mirationem in se rapiebat.

70.

CONSTANCIA EMMANUEL
sponsa Alfonsi XI, filia Infan-
tis Ioannis Emmanuelis nepotis
S. Regis Ferdinandi, et Constan-
ciæ filiæ Iacobi II. Regis Ara-
gonie: duodecimo ætatis suæ an-
no adhuc non expleto, tum te-
neræ ætatis causa, tum discor-
diarum, quæ inter generum et
socerum exortæ fuerunt, Con-
stancia patri suo integra, et in-
violata fuit reddita: deinceps
Petro Regi Portugallie despon-
sata, inter Reginas illius regni
etiam locum obtinet. Obiit in
oppido *de Santaren* anno 1345,
eius-

infectus, obiit in obsidione anno 1350. Iacet Cordubæ iuxta parentem suum.

eiusque corpus iacet in Ecclesia S. Francisci.

71.

MARIA Portugalliæ uxor Alfonsi XI, filia Alfonsi IV. et Beatricis Castellæ, Regum Portugalliæ; sed cum illi secundo gradu consanguinitatis coniuncta esset, et huius impedimenti dispensationem non obtinuisent, postea Ioannes XXII. eis benigne indulxit, imposita pœnitentiâ erigendæ Collegialis Ecclesiæ. Obiit Regina anno 1357, eiusque corpus iacet Hispali in regio monasterio S. Clementis.

71.

PETRUS, filius Alfonsi et Mariæ Portugalliæ: eius fama variis coloribus ab historicis depingitur: occisus anno 1369 in campo *de Montiel* à consanguineo fratre Enrico. Eius corpus iacet Martriti in regio conventu monialium S. Dominici.

72.

BLANCA BORBONIA uxor Petri Regis. Hæc infelix Regina, optimorum parentum Petri I. Ducis Borbonii, et Elisabethæ Valesiæ iunioris filia, infausto fine obiit Assidonæ iussu viri sui anno 1361, et Historici in varias abeunt sententias: quidam occisionis causam defendunt, alii reprobant. Nos in favorem Reginæ propendimus, eiusque famam sartam tectam incolumem servari debere potius, quam Regis iudicamus. Iacet corpus Reginæ in Ecclesia Collegiali Tudelæ *de Navarra*.

73.

MARIA DE PADILLA inter Reginas Hispaniæ enumeratur; in comitiis enim Hispalensibus celebratis anno 1362 post mortem Mariæ, testificante Rege, sollemniter declarata fuit legi-

gona Petri IV. et Leonoris si-
 cilia eius tercia uxoris, et ma-
 ter Infantis Ferdinandi vulgo
 de Aragona secundo geniti,
 postea Regis Aragonie, avi Re-
 gis Catholici Ferdinandi: obiit
 prius causa anno 1382 in villa
 de Cuellar, eiusque corpus iacet
 in præfata regia capella Regum
 novorum S. Ecclesie Toletanæ
 iuxta virtutem suam.

77.
 BEATRIX Portugallie uxor se-
 cunda Ioannis I, unica filia Re-
 gum Portugallie Ferdinandi et
 Leonoris Telles de Meneses:
 regnum Portugallie, quod illi
 hereditate obtinuerat, amisit,
 devicto, et proligato viro suo
 in præfata villa obiit
 Vallisolei anno 1380, eiusque
 corpus iacet in monasterio or-
 dinis Beate Marie de Merce-

72.
ENRICUS II, filius Alfonsi XI.
 et Eleonoris de Guzman: po-
 tuit in Regem proclamari Bur-
 gis anno 1366; sed pacifice non
 est regno potitus, nisi post oc-
 cisum Petrum consanguineum
 fratrem in oppido *de Montiel*,
 ubi monasterium erexit, in
 quo duodecim Religiosi orarent
 Deum pro anima fratris sui Pe-
 tri Regis. Toleti capellam quam
 Regum novorum vocant, ere-
 xit, et ditavit. Obiit in civi-
 tate Calceatensi anno 1379,
 eiusque corpus Toletum fuit
 apportatum, ubi iacet in regia
 præfata capella.

73.
IOANNES I, filius Enrici II. et
 Ioannæ de Emmanuel: suo tem-
 po-

tima illius uxor: filia Didaci
 Garciae de Padilla, et Mariæ
 de Hinestrosa. Eius corpus ia-
 cet in regia capella Hispalensi.

74.
IOANNA DE CASTRO, filia
 Petri de Castro, cuius matrimo-
 nium cum Petro Rege improba-
 vit Innocentius VI. Regi iniun-
 gens, ut Reginae Blancae copu-
 laretur: licet præfata Ioanna ab
 Episcopo Salmanticensi Ioanne
 Lucero fuerit in oppido *de*
Cuellar sollemniter desponsa-
 ta, eamque ob causam inter
 Reginas à quibusdam adnume-
 retur, tamen rem suo in statu
 relinquimus. Obiit Ioanna an-
 no 1374, eiusque corpus iacet
 Compostellæ.

75.
IOANNA EMMANUEL uxor
 Enrici II; filia Ioannis Emma-
 nuelis nepotis S. Ferdinandi, et
 Blancae de la Cerda et Lara,
 filia Ferdinandi de la Cerda
 pronepotis S. Regis Ferdinandi,
 et Ioannæ de Lara, vulgo ap-
 pellatæ *la Palomilla*, antea
 uxoris Enrici, filii S. Regis
 Ferdinandi et Beatricis Sueviæ.
 Obiit Salmanticæ anno 1381,
 eiusque corpus iacet in regia
 capella Regum novorum S. Pri-
 matis Ecclesie Toletanæ iuxta
 virum suum Enricum II.

76.
ELEONOR Aragoniæ uxor pri-
 ma Ioannis I, filia Regum Ara-
 go-

pore plura in Hispaniis celebrata fuerunt Concilia, ad decernendum cuiusmodi ex duobus electis Pontificibus, Urbano, vel Clementi, obedientia deberetur præstari; nam in anticipati iudicio hærebat res: in quibusdam Conciliis Urbano, in aliis vero Clementi obediendum esse fuit decretum. Filium suum primogenitum decorabit titulo Principis Asturum. Statuit ut deinceps modus Æræ Cæsaris computandæ abrogaretur, et annus Incarnationis Christi Domini apponeretur. Obiit Compluti anno 1390, eiusque corpus iacet in prædicta capella Regum novorum iuxta parentem suum.

74.

ENRICUS III, filius Ioannis I. et Eleonoris Aragoniæ: in Regem proclamatus undecimo ætatis suæ anno, licet regni habenas solus non rexit usque ad annum 14: cognominatus fuit infirmus; à decimo enim septimo ætatis suæ anno plurimas et gravissimas infirmitates est perpessus; iisdemque exhaustus, obiit Toleti vicesimo septimo ætatis suæ, anno 1407, eiusque corpus iacet in præfata capella Regum novorum.

75.

IOANNES II, filius Enrici III, cuius morte infans relictus: illius

goniæ Petri IV. et Leonoris Siciliæ eius tertiæ uxoris, et mater Infantis Ferdinandi vulgo *de Antequera* secundo geniti, postea Regis Aragoniæ, avi Regis Catholici Ferdinandi: obiit partus causa anno 1382 in villa *de Cuellar*, eiusque corpus iacet in præfata regia capella Regum novorum S. Ecclesiæ Toletanæ iuxta virum suum.

77.

BEATRIX Portugalliæ uxor secunda Ioannis I, unica filia Regum Portugalliæ Ferdinandi et Eleonoris Tellez de Meneses: regnum Portugalliæ, quod illi hereditate obvenerat, amisit, devicto, et profligato viro suo in prælio *de Aljubarrota*. Obiit Vallisoleti anno 1386, eiusque corpus iacet in monasterio ordinis Beatæ Virginis de Mercede eiusdem civitatis.

78.

CATHARINA DE ALENCASTRE uxor Enrici III, filia Ioannis Ducis Lecestriæ, avi Regis Ioannis II. et pronepotis Mariæ de Padilla, et Constantiæ. Obiit Vallisoleti anno 1418. Eius corpus iacet Toleti in regia capella Regum novorum iuxta virum suum.

79.

MARIA Aragoniæ uxor prima Ioannis II, filia Ferdinandi, vulgo

nomine regnum gubernarunt eius mater Eleonor Aragoniæ, et Infans Ferdinandus, qui cepit Antiquariam, vulgo *Antequera*. Expleto decimo quarto ætatis suæ anno regni gubernacula accepit in Matritensibus comitiis anno 1419. Cum eius privatus Alvarus de Luna fere clavum regni solus teneret, exinde exorta dissidia, et regni turbatio: Alvarus capite fuit truncatus, et regni provinciæ propter nimiam Regis docilitatem, licet re vera esset litterarum et iustitiæ cultor, ad summum rerum discrimen devenerunt. Obiit Vallisoleti anno 1454, eiusque corpus iacet apud Burgos in monasterio Carthusianorum *de Miraflores*.

76.

ENRICUS IV, filius Ioannis II. et Mariæ Aragoniæ: prosperitate gaudens initio regni, adversitates tamen, post transactos decem priores felices annos, infastos postremos reddiderunt suo tempore decidit maxime regia potestas; ipso enim superstite in Regem fuit proclamatus frater suus Alfonsus, et ipsemet Enricus in patibulo regis

go *de Antequera*, et Eleonoris Urracæ Castellæ, filia Alfonso XI. et Eleonoris de Guzman: fortiter restitit viro suo, ne prævaleret Alvarus de Luna; hacque de causa veneno periisse, creditur, in oppido *de Villacastin* anno 1445. Eius corpus iacet in regio monasterio Guadalupensi ordinis S. Hieronymi.

80.

ELISABETHA Portugalliæ uxor secunda Ioannis II, filia Ioannis Infantis Portugalliæ secundo geniti Regis Ioannis I. Portugalliæ, et Elisabethæ de Barcelos: eius suasu et industria in carcerem fuit coniectus Comestabilis Alvarus de Luna, privatus Regis: præcipua gloria huius Reginæ censetur matrem fuisse magnæ Reginæ Catholicæ Elisabethæ: obiit in villa *de Arevalo* anno 1496 post transactos quadraginta duos annos castæ viduitatis, et amentia in quam inciderat, ex quo virum suum carissimum amisit. Eius corpus iacet in monasterio Carthusianorum *de Miraflores* apud Burgos iuxta virum suum.

81.

BLANCA Navarræ uxor prima Enrici IV, filia Regum Navarræ Ioannis II. et Blancæ: nuptiarum sollemnitate, maiori qua assolebat pompa, peracta, et transacto tempore, à viro suo discedere fuit compulsa propter impotentiam respectivam. Cum hereditate postea regnum obtinisset Navarræ, illud cum vita simul amisit anno 1464 ma-

giis insignibus fuit spoliatus: maxima in pauperie constitutus, suppellectili et hereditate sua divenditis. Obiit Matriti anno 1474, eiusque corpus iacet sepultum in monasterio Hieronymiano Guadalupensi.

ELIZABETHA Portugallie uxor

secunda Joannis II. filia Joannis

Infantis Portugallie secundo ge-

niti Regis Joannis I. Portugallie,

et Elisabethæ de Barcelonæ: eius

status et inditatus in circiter

fuit contractus Comitiis Al-

varus de Luna, privatus Regis:

precipue gloriæ datus Regis:

consecrati matrem fuisse magnæ

Reginæ Catholice Elisabethæ:

obiit in villa de Alvarado anno

1496 post transactos quadraginta

in duos annos caræ viduitatis,

et quædam in quibus incidit

ex duo vultu subitè contraxit

aniam. Hinc corpus iacet in

monasterio Carmelitano in

Alvarado, quod burgum for-

te in villa eundem nominis

est, in provincia Castellæ

Castellæ, in regno Castellæ

et in archiduchatu Austriæ

et in regno Portugallie.

Obiit in villa de Alvarado anno

1496 post transactos quadraginta

in duos annos caræ viduitatis,

et quædam in quibus incidit

ex duo vultu subitè contraxit

aniam. Hinc corpus iacet in

monasterio Carmelitano in

Alvarado, quod burgum for-

te in villa eundem nominis

est, in provincia Castellæ

Castellæ, in regno Castellæ

et in archiduchatu Austriæ

et in regno Portugallie.

77.

FERDINANDUS V. ET ELISABETHA.

Fœdere matrimonii Elisabethæ
Re-

nibus Comitissæ de Fox sororis suæ in custodia castri *de Ortes* in Bearne. Iacet eius corpus in Ecclesia Cathedrali *de Lescar*.

82.

IOANNA Portugallie uxor secunda Enrici IV, filia Regum Portugallie Eduardi, et Eleonoris: infortunia plurima, etiam honoris et famæ læsionem perpessa, post mortem viri sui ad meliorem frugem et animi quietem se recepit. Obiit anno 1475, iacetque eius corpus in magno conventu Matritensi S. Francisci.

83.

IOANNA denominata Excellens domina. Desunt hucusque autentica testimonia, ut eam non ex legitimo matrimonio procreatam asseramus, immo iterato in comitiis regni fuit proclamata, et iureiurando declarata ut vera et legitima filia regno succedens. Hoc primo contigit in ipsius baptismate, et secundo, quando fuit desponsata Duci de Berris: iis accedit sollemne iuramentum matris suæ et Regis in ipso actu desponsationis asseverantis legitimitatem suam, ita ut omnis suspicionis nota à sua Regina matre debeat arceri. Obiit Conimbricie monialis professa in monasterio ordinis S. Clare.

84.

ELISABETHA Catholica uxor Ferdinandi V. Post religiosam professionem Ioannæ superius memoratæ anno 1480 reman-

sit

Reginæ Castellæ et Ferdinandi filii Ioannis II. Regis Aragoniæ et Siciliæ, copulatis hisce regnis, miro incepto ordine Hispania inclarescere, regia potestas emicare, superbiam nobilitatis obviam iri, iustitia administrari; ita ut eorum prudentia, religione, et constantia Hesperia nostræ regnum ad maximum fastigium fuerit evectum. Obiit Ferdinandus in oppido *de Madrigalejo* anno 1516, eiusque corpus iacet in regio mausoleo Granatensi. Ferdinandus, inquit Mariana, iustitiæ cultu, prudentiæ laude, animique præstantia excellentior omnibus Principibus qui unquam in Hispania extiterunt.

Obiit Elisabetha firmissimo et insuperabili iure ad coronam Castellæ successionem, et re vera suis heroicis virtutibus digna præsertim ad clavum regni tenendum, naturæ dotibus prædita, magnanimitate, prudentia, et politia gubernandi, rectitudine legislatoris, probitate boni civis, vigilantia, et rectitudine Senatoris, et incomparabili virtute Regis, Ducis, belatricisque præclarissimæ eminebat: collaudent alii Alexandri triumphos, Titi humanitatem, Iulii Cæsaris in re militari peritiam, Senatus Consulti Romani responsa; nobis sat sit unam Reginam habuisse Catholicam in fide, victricem in expugnatione Granatæ, novique orbis Americæ, prudentem gubernatricem, humanissimam dominam, laboriosissimam feminam, et fidelem comitem sponsi sui Ferdinandi in secundis adversisque rebus. Obiit Metimnæ campi anno 1504, eiusque corpus iacet in regio mausoleo Granatensi, quod ipsa sibi et viro suo, ut etiam post mortem una requiescerent, paraverat.

78.

**PHILIPPUS I.
ET IOANNA.**

Philippus filius Imperatoris Maximiliani I. foedere matrimonii cum Ioanna filia herede Regum Catholicorum regnum Hispaniæ obtinuit. Toleti prius ambo fuerunt conclamati Asturiarum Principes anno 1502,

et

85.

IOANNA uxor Philippi I. Pulchri denominati, felix absdubio mater duorum Imperatorum Regumque Caroli I. et Ferdinandi, et quattuor Reginarum Franciæ, Daniæ, Bohemiæ, et Ungriæ, et Portugalliæ, videlicet, Eleonoris, Elisabethæ, Mariæ, et Catharinæ; sed obitu viri sui carissimi felicitas statim in luctum,

et

et Reges anno 1505; licet tunc temporis degerent in Flandria: venerunt postea Castellam, et Rex Burgis obiit anno 1506, eiusque corpus iacet in præfata regio mausoleo Granatensi.

79.

CAROLUS I, filius Ioannæ Reginae Castellæ: matris obitu regnum Castellæ obtinuit, et avi Maximiliani ad imperium Romanorum electus. Se, successorumque suos titulo Maiestatis deinceps appellari decrevit. Ticini victoriam obtinuit adversus Franciscum I. Regem Galliarum, quem à militibus in bello obtentum, Barcinonæ, Segoviæ, et Matriti detinuit: in Germania iuxta flumen Albin Lutheranos profligavit. Regnum et imperium sponte dimisit, ut Deo liberius inserviret in monasterio Hieronymiano *de Iuste*, in quo obiit anno 1558, eiusque corpus fuit postea translatum ad regium monasterium Escorialense, ubi iacet.

80.

PHILIPPUS II, filius Caroli I, et Elisabethæ Portugalliæ: Princeps absdubio tanto illustrior, quanto Heterodoxis magis invisus: perspicacis ingenii, maturi iudicii, tenacissimæ memoriæ, et in bono astu perrari: tanto Rege resplenduit maiestas, increvit religio, legibus obsecundatum: virtutibus cumulatus, obiit in regio monasterio Escorialensi anno 1598, ibi-

et miserandum mentis captum spatio quinquaginta annorum perpessum, versa est; ideo in villam *de Tordesillas* fuit recepta: ibique obiit anno 1555. Eius corpus iacet una cum viro suo in præfata regio mausoleo Granatensi.

86.

ELISABETHA uxor Caroli I, filia Emmanuelis Regis Portugalliæ, et Mariæ filiæ Regum Catholicorum Ferdinandi et Elisabethæ. Absente Imperatore et Rege viro suo, pluries regnum gubernavit. Obiit Toleti anno 1539, unde corpus eius à S. Francisco de Borxa, tunc Gandiæ Duce, fuit allatum Granatam in regium mausoleum, in quo iacuit, usque dum Philippus II. eius filius anno 1574 transferri curavit in regium mausoleum Escorialense, ubi requiescit.

87.

MARIA Angliæ Regina uxor secunda Philippi II. Silentio præterimus Mariam Portugalliæ primam uxorem Philippi II; obiit etenim, dum adhuc Philippus Princeps Asturiarum erat inauguratus. Maria igitur uxor secunda filia erat Enrici VIII. Angliæ, et miserandæ Catharinæ filiæ Regum Catholicorum, quam vir suus, captus amore Annæ Bolenæ, infelici successu

su

ibique iacet iuxta parentem suum.

MARGARITA AUSTRIACA uxor Philippi III, filia Archiducis Caroli ex fratre Ferdinando nepotis Caroli V. per Mariam Beatrix. Perennis fuit desponsata Philippo III. & summo Pontifici Clemente VIII, et cum in Hispaniam pervenisset, interituro obijt anno 1577, pietatis et religionis non subsecutus editis signis, iacet eius corpus in regio monasterio Escorialensi.

91.

ELISABETHA BORBONIA uxor prima Philippi IV, filia Francie Regum Henrici IV. et Mariæ de Medicis. Dum Rex absens esset Valentis, Aragonis, et Bæticæ, mira prudentia regnum Elisabethæ administravit. Obijt Martii anno 1644, eiusque corpus iacet in regio monasterio Escorialensi.

92.

MARIA ANNA AUSTRIACA uxor secunda Philippi IV, filia Imperatoris Ferdinandi III. et Mariæ Austriacæ sororis Philippi IV. Viro superstes, ab eo postrema in voluntate regni gubernatrix, turixque Caroli II. fuit nominata, cuius minori ætate non levis exorta pacis publice turbatio. Obijt anno 1696, eiusque corpus iacet in regio monasterio Escorialensi.

PHI-

su repudiavit. Hereditate successit Maria in Angliæ regnum obitu parentis sui, defectuque masculini sexus; et nupta Philippo II. vixit ad annum 1558, quin ad Hispaniam venerit, aut prolem reliquerit.

88.

ELISABETHA VALESIA uxor tertia Philippi II, filia Franciæ Regum Enrici II. et Catharinæ de Medicis: præventa adverso partu, obiit anno 1568, eiusque corpus fuit sepultum in regio monasterio Matritensi monialium Discalceatarum S. Francisci, indeque fuit translatum in regium monasterium Escorialense.

89.

ANNA AUSTRIACA uxor quarta Philippi II: consanguinea in secundo gradu viri sui, ut filia Maximiliani II. Imperatoris, et Mariæ sororis Philippi II: fertur adeo virum suum peramasse, ut cum ille ægritudine laborasset Pacis augustæ, dum Portugalliam iter faceret ut Rex Vinibi inauguraretur, Deo obtulerit Anna pro illius incolumitate assequenda suamet vitam, mori potius volens, ut regnum tanto Rege non caret, neque Ecclesia tanto protectore et patrono fraudaretur. Exaudivit Dominus eius deprecationem, accepitque victimam illi sponte oblatam, nam Rex statim ab infirmitate convaluit, et uxor Pacis augustæ ad Dominum migravit anno 1580. Eius cor-

81.

PHILIPPUS III, Philippi II. filius, et Annæ Austriacæ: pius, benignus, et optimis præceptis imbutus: eiecit ex Hispania Mauros fraudulentè ad fidem conversos, regni tranquillitatem turbantes; et ne eorum exilio agricultura deficeret, quamplura privilegia cultoribus agrorum concessit. Obiit Matriti anno 1621, eiusque corpus iacet in regio monasterio Escorialensi.

82.

PHILIPPUS IV, filius Philippi III: licet rectus, clemens, beneficus, et erga vasallos benignus, non tamen adeo constans in virtute, quin aliquando illecebris abriperetur, nimiumque præpotentium, privatorumque consiliis addictus, magnam dominiorum suorum partem amisit: diuturnum et tenax adversus Gallos sustinuit bellum, cui tandem finem imposuit matrimonium à filia eius Theresia contractum cum Ludovico XIV. Obiit Matriti anno 1665, eiusque corpus iacet in regio mausoleo Escorialensi.

corpus iacet in regio mausoleo Escorialensi.

90.

MARGARITA AUSTRIACA uxor Philippi III, filia Archiducis Caroli ex fratre Ferdinando nepotis Caroli V, et Mariæ Bavaricæ. Ferrariæ fuit desponsata Philippo III. à Summo Pontifice Clemente VIII; et cum in Hispaniam pervenisset, immature obiit anno 1611, pietatis et religionis non subobscuris editis signis. Iacet eius corpus in regio monasterio Escorialensi.

91.

ELISABETHA BORBONIA uxor prima Philippi IV, filia Franciæ Regum Enrici IV. et Mariæ de Medicis. Dum Rex absens esset Valenciæ, Aragoniæ, et Bæticæ, mira prudentia regnum Elisabetha administravit. Obiit Matriti anno 1644, eiusque corpus iacet in regio mausoleo Escorialensi.

92.

MARIA ANNA AUSTRIACA uxor secunda Philippi IV, filia Imperatoris Ferdinandi III. et Mariæ Austriacæ sororis Philippi IV. Viro superstes, ab eo postrema in voluntate regni gubernatrix, tutrixque Caroli II. fuit nominata, cuius minori ætate non levis exorta pacis publicæ turbatio. Obiit anno 1696, eiusque corpus iacet in præfata regio monasterio Escorialensi.

83.

CAROLUS II, filius Philippi IV, et Mariæ Annæ Austriacæ, sub cuius tutela mansit, exindeque non leviter regni turbata tranquillitas, quæ adhuc maiorem post eius ætatem nullatenus est restituta, tum debili regii corporis valetudine, tum nimis eius pacato genio. Obiit Matriti anno 1700, ætatis suæ 39, postrema sua voluntate declarans iustum et legitimum heredem regni dominum Philippum V.

93.

MARIA LUDOVICA BORBONIA uxor prima Caroli II, filia Philippi Ducis Aurelianensis, filii Ludovici XIII. Galliarum Regis, et Enriquetæ Annæ Angliæ, filiae miserandi Caroli, cuius vita suasu impii Cromuel sacrilego ausu à subditis ablata: prudentia, dulcedine morum, benignitate, et religione omnium in se conciliavit amorem. Sed immatura morte præventa, in ipso iuventutis flore obiit, cunctos mœrore afficiens, anno 1689. Eius corpus iacet in regio monasterio Escorialensi.

94.

MARIA ANNA DE NEOBURG uxor secunda Caroli II, filia Philippi Guillelmi Electoris Rheni Palatini, et Elisabethæ Amaliæ de Hesse: regni perturbationes minori ætate Caroli exortæ, præsertim excreverunt postremis vitæ Regis annis propter nimiam uxoris voluntati conniventiam. Obitu viri sui æquum visum fuit Mariam è finibus Hispaniæ egredi; sed postea Philippi V. voluntate in Hispaniam regressa, Guadalaxaræ fuit commorata, ibique obiit anno 1740. Eius corpus iacet in regio mausoleo Escorialensi.

84.

PHILIPPUS V, filius secundo genitus Ludovici Delphini Galliarum, et Mariæ Annæ Bavaricæ: dignus profecto genere et virtute regia dignitate, quam heroi-

95.

MARIA LUDOVICA SABAUDIÆ uxor prima Philippi V, filia Ducum Sabaudia Victoris Amadæi II. et Annæ Mariæ Aurelianensis; mater quattuor

Ss

In-

roicè tutatus, pietate, iustitia et clementia erga subditos regnum non solum servavit, sed auxit: commercium, artes, litteras, militiam, statumque politicum omnibus modis fovit. Adeo ut Hispanica natio quasi è somno inertiaque resurgere visa sit. Obiit Matriti anno 1746. Eius corpus iacet in Ecclesia Collegiata S. Ildefonsi, quam ipse erexit, et dotavit.

85.
LUDOVICUS I, filius Philippi V. et Mariæ Ludovicæ Sabaudia, in Regem proclamatus anno 1724 renuntiatione parentis sui Philippi V, qui ei epistolam tunc temporis scripsit verbis cedro, et auro dignis; sed eodem anno morte præventus, iacet in regio mausoleo Escorialen-

Infantum, è quibus duo, Ludovicus I. scilicet, et Ferdinandus VI. Reges nostri fuerunt inaugurati: obiit ante vicesimum sextum annum expletum, propter prudentiam qua in Regis absentia regnum administrabat, ab omnibus diu desiderata. Iacet eius corpus in regio Escorialensi monasterio S. Laurentii.

96.
ELISABETHA FARNESIA uxor secunda Philippi V, filia unica et heres Eduardi Ducis Parmæ et Placentiæ, et Dorotheæ Sophiæ Comitissæ Palatinæ Rheni: prosperis numquam elata, adversis numquam defessa, fidelissima coniux, castissima femina, maturitate et prudentia regiminis prædita, digna profecto, ut ipsa superstite sederent carissimi filii, et eius nepotes in clarioribus Europæ thronis Hispaniæ, Germaniæ, Portugalliæ, Sardinia, Tusciæ, Neapolis et Sicilia. Obiit anno 1766. Eius corpus iacet in regia Ecclesia Collegiata S. Ildefonsi iuxta carissimum virum suum, ut quem vitæ diuturna sodalitas iunxerat, nec sepultura separaret.

97.
LUDOVICA ELISABETHA AURELIANENSIS uxor Ludovici I, filia Philippi II. Ducis Aurelianensis et Mariæ Ludovicæ Borboniæ, filia magni Ludovici XIV: vivere, et regnare incipiente viro suo Ludovico I, obitu illius immaturo disparuit, regressaque Lutetiam Pa-

lensi, eiusque pater Philippus regni gubernacula rursus assumere coactus, ne sua ulteriori dimissione aliquid detrimenti pateretur Hispania.

86.

FERDINANDUS VI, filius Philippi V. et Mariæ Ludovicæ Sabaudia: Princeps Asturiarum post mortem Ludovici fratris proclamatus, et Rex Hispaniarum obitu parentis sui: clemens, pacificus, et iustus: utrique Castellæ in portu *de Guadarrama* viam fecit: Regiam suam ornavit: artibus nobilibus architecturæ, picturæ, et sculpturæ magnopere favit: maris exercitum auxit, fabricasque lineas, laneas, sericas communivit privilegiis. Obiit Villaviciosæ anno 1759, eiusque corpus iacet in regio monasterio monialium Visitationis S. Francisci Salesii, quod ipse Matrity nuper construxerat.

87.

CAROLUS III, filius Philippi V, et Elisabethæ Farnesiæ. Cum Ferdinandus eius frater absque liberis decessisset, è regno Neapolis et Siciliae, quod feliciter rexerat ab anno 1734, ad regnum Hispaniæ iure vocatus, proclamatur anno 1759; tantoque regni moderatore, res Hispana prolabens, modestissimis institutis, optimis moribus ac præceptis pristinum in statum restituta: Regia sua decorata. Obiit die 14 Decembris anno 1788, iacetque in regio monasterio Escorialensi.

Parisiorum, vixit in domo regia Luxemburgensi ad annum usque 1742, quo è vivis excessit.

98.

MARIA BARBARA uxor Ferdinandi VI, filia Regum Portugalliæ Ioannis V. et Mariæ Annæ Austriacæ filia Imperatoris Leopoldi I. Matrity regium erexit monasterium Salesianum Visitationis S. Mariæ. Obiit in regio palatio *de Aranjuez* anno 1758, unde eius corpus in præfatum monasterium quod ipsa erexerat, fuit delatum, ibique iacet iuxta virum suum.

99.

MARIA AMALIA Saxoniae uxor Caroli III, filia Regum Poloniae Augusti II. Electoris Saxoniae, et Mariæ Iosephæ Archiducissæ Austriae filia Imperatoris Iosephi I: regno Neapolitano una cum carissimo viro suo Carolo III. ab anno 1738 usque ad annum 1759 potita, ad Hispaniæ possessionem deveniens, nobis sui desiderium, egregiarumque eius animi dotum reliquit; obiit etenim subsequenti anno 1760. Eius corpus iacet in regio mausoleo Escorialensi.

88.

CAROLUS IV.

QUEM DEUS BONO REGNI
ET ECCLESIAE TRANQUILLITATI DIU
INCOLUMEM TUEATUR.

CAROLUS IV, filius Caroli III.
et Mariæ Amaliæ Saxoniae: pro-
clamatus 17 Ianuarii anni 1789.
Ei (verba Tertuliani usurpan-
tes) diuturnam vitam, regnum
tranquillum, Regiam tutam,
exercitum fortem, fidelem Se-
natum, honestum populum, or-
bem pacificum, et omnia quæ-
cumque hominis et Regis vota
sunt, enixe optamus.

100.

ALOYSIA

UXOR CAROLI IV. REGIS
AC DOMINI NOSTRI QUAM D. O. M.
SOSPITEM DIU SERVET.

ALOYSIA, filia Infantis Hispaniæ
Philippi Borbonii, Ducis Parmæ,
Placenciæ, et Guastalæ, et Aloy-
siæ Elisabethæ, Regum Franciæ
Ludovici XV. et Mariæ Carlotæ
Leczinska filia: una cum carissi-
mo viro suo regnare cœpit ab an-
no 1788. Utinam pallida mors
diu hic sistat gradum, amplioris-
que temporis spatio Regibus no-
stris pretiosa vita frui permittat.



CONCILIA TOLETANA, IN EPITOMEN REDACTA.

CONCILIUM I.

Hucusque Hispania, ut recte ait Claudius Floridus, Priscillianistarum schismate discerpebatur, et à disciplinæ diversitate non parum accipiebat nocementi. Hæ causæ fuere celebrandæ Synodi ipso anno sæculari Christi 400. Interfuerunt Episcopi undeviginti, inter quos Asturius Toletanus Antistes. Præfuit Patruinus Episcopus Emeritensis, antiquitatis ratione habita. Proscriptus est execrandus Priscillianus, Præsul intrusus Abulæ, de cuius hæresi hæc habentur in litteris S. Leonis Magni ad S. Thuribium missis. *Nihil est sordidum in quorumcumque sensibus impiorum, quod in hoc dogma non confluerit; quoniam de omni terrenarum opinionum luto multiplicem sibi fœculentiam miscuerunt (Priscillianistæ), ut soli totum biberent, quidquid alii ex parte gustassent.* Perillustris honos et gloria ex eo nostræ Toletanæ Ecclesiæ accrescit, quod in ea primum sollemni et publica confessione Spiritus Sancti à Patre et Filio processionis articulus clarioribus verbis fuerit expressus, ut patebit legenti regulam Fidei ab hoc Concilio conscriptam. Ut disciplinæ diversitas tolleretur, præsertim in ordinationibus, quæ tanta erat, ut sæpe schismati occasionem tribuerit, suggestit Patruinus remedium, sequendos Nicenos canones.

Consenserunt ceteri Præsules, atque viginti canones conscripti fuere, licet in supputatione ordine scripturæ tantummodo decem et septem sequentes appareant.

Diaconi aut Presbyteri coniugati, nisi ab uxoribus se abstineant, ad presbyteratum vel episcopatum ne promoventor.

Publice pœnitens pro gravi peccato, si laicus est, ab ordinibus arceator. Cogente necessitate, inter Lectores, Ostiarosve tantum deputator. Si Diaconus, tamquam Subdiaconus habetor.

Lector qui viduam uxorem duxerit, ad summum Subdiaconus constituitor.

Subdiaconus qui secundo matrimonio coniungatur, ab ordine removetor, Lectoribusque aut Ostiariis adnumerator. Qui tertio, laicis adscribitor.

Cuiuslibet ordinis Clericus vivens in loco, ubi templum sit, deponitor, nisi accesserit ad sacrificium quotidianum. Sed pœnitens ab Episcopo veniam consequator.

Puella Deo sacra cum nullo mortalium familiariter agito, nec sola ad convivia procedito. Si peccaverit, decem annos pœniteat; si vero nupserit, ad pœnitentiam non ad-

admittitor, nisi maritum reliquerit. Sed cum ea sit filia Episcopi, Presbyteri, aut Diaconi, nisi morienti communionem haudquam præstato.

Uxor clerici, quæ peccaverit, domi custoditor, ac ligator, ad ieiuniaque salutaria cogitor. Cum ea, nisi poeniteat, coniux ne manducato.

Christianus qui militiæ nomen dederit, suscipitor, si placuerit, inter Clericos; ad Diaconatum vero ne promovetur.

Nulla professa, viduave domi cum aliis, absente Episcopo, aut Presbytero, pensum divinum absolvito. Lucernarium (hic, ut credo, lectio intelligitur, seu interpretatio vespertina sacræ Scripturæ) extra Ecclesiam ne legitur. Si alibi, Episcopus, Presbyter, aut Diaconus adsit.

Servi, libertive, nisi probata vita, et domini consensu accedente, ad clerum ne admittuntur.

Potentiores, quemquam expoliantes, ab Episcopo moneantur. Nisi restituant, anathemati subiacentur.

Clerici suum Episcopum ne linquunt, et ad alium transferunt.

Qui Ecclesiam adeunt, et numquam communicant, si moniti non resipuerint, excommunicantur. Sed qui acceptam Eucharistiam non deglutierit, (huius inter alia nefarii sceleris rei erant Priscillianistæ)

ut sacrilegus habetur.

Clericus, laicusve, de vitando monitus excommunicato, nisi obtemperaverint, anathemate vincuntur.

Uxoratum concubinam habentem à communione privato. Qui solus sit, non repellitor, si unitantum et solutæ, et usque ad mortem fideliter adhæreat. (Hoc intelligendum, perquam recte Baronius, ad mentem Augustini in cap. V. lib. de Bono coniugali).

Vidua Episcopi, Presbyteri, aut Diaconi, quæ secundo nupserit, Eucharistiam nisi vitæ in fine haudquamquam sumito.

Presbyter sanctum chrisma non conficito, nec cum eo Diaconus quemquam ungit.

Post hæc Priscilliani placita novis decretis exagitare, atque convellere placuit. Episcopi Symphosius et Dictinius, atque Comassius Presbyter, eiurata secta, Ecclesiæ conciliati. Dictinium Asturica, cuius urbis Præsul fuit, in coelitem numero habet, colitque iam à mille fere annis, nimirum erroris suspicionem imposita salutaris poenitentiae dolore per totam vitam expiata, ut pereleganter scripsit Mariana.

CONCILIIUM II.

Amalarici regni anno quinto, Christi 527, habitum, ut constat ex omnibus Hispanis Conciliorum codicibus, quos contra nequic-

quicquam insurgunt Baronius et Pagius à Florezio peræque opugnati. Præfuit Montanus septem aliis Episcopis virtute ac doctrina præstantibus, qui cum Zorobabele suo, ut perbelle ait Baronius, in medio licet hostium positi, templum reædificare magna animi constantia sunt aggressi. In eo conventu sancitum:

1.

Pueros parentum voluntate et voto in sacratorum virorum collegia allectos, atque in Clericorum more detonsos, cum ad octavum decimum ætatis annum venissent, coram rogandos, vellent ne castimoniam cultores esse. Si assentirent, nefas esse amplius, professione relicta, connubii vinculis implicari: dissentientibus, liberum uxores ducere. Ii, si provecta ætate uxoris consensu à mutuis amplexibus abtinerent, sacris ordinibus initiarentur.

2.

Tales, unius Ecclesie alumnos, ad aliam transire non posse, nec ab alio Episcopo suscipi; alioquin hic totius fraternitatis reus esto.

3.

Nullum Clericum à Subdiacoinatu habere domi feminam, quæ non sit mater, soror, aut propinqua. Qui secus fecerint, omni communione interdicuntur.

4.

Clericos in terris Ecclesie vineas agellosve sibi facientes, possidere, dum vixerint; defunctis, heredes Ecclesia esto, nisi aliud placuerit Episcopo.

5.

Nullam propinquam ducendam uxorem. Aliter, legis violator, quan-

to propinquiori coniungeris, tanto graviori poena mulctaberis.

CONCILIIUM III.

Flavius Reccaredus, mense decimo elapso, ex quo Rempublicam capessierat, ut auctor est Blicarensis, Ariana perfidia abdicata, religionem Catholicam amplexus, de ea in Hispaniam revocanda serio cogitabat. Hoc animi consilio, eius regni anno quarto, Christi 589, ex tota quam late patebat ditone Gothica, Episcopos Toletum ad Synodum celebrandam convocavit. In ea primum Rex allocutus, postea Catholicæ fidei professionem, Arianæ hæresis abdicationem, de scripto conceptam, suo et Badæ Reginae nomine Patribus obtulit, quæ formula ab eis faustis acclamationibus prosecuta. Octo Episcopi erant, proceres quinque, pravis antea opinionibus imbuti, qui similem fidei professionem suæ manus subscriptione firmarunt. Tres et viginti canones editi, disciplinæ ecclesiasticæ instaurandæ causa.

1.

Conciliorum statuta, Synodicæ Sanctorum Præsulum Romanorum epistolæ, et prisci canones servantor. Contra eorum vetita honores ecclesiasticos ne ambito.

2.

Symbolum fidei ante orationem Dominicam (hodie fit à Clericis Mozarabibus) in Missa præcinitor.

3.

Res Ecclesie, nisi pro eius utilitate, suffragio monachorum, aut Ecclesiarum diocesanarum, ab Episcopis ne alienantor. Peregrinis, Cle-

Clericis, egenis ipsis de rebus ipsis subveniunto.

4.

Unam de parœciis in monasterium erigere de consensu Synodi Episcopo ius esto. Quidquid ei præstiterit sine detrimento Ecclesiæ, ratum habetor.

5.

Episcopis, Presbyteris, Diaconibus uxoratis, ab hæresi conversis, usus coniugum et cohabitatio interdicator. Si fecerint, inter Lectores adscribuntor. Catholici qui ab suspectis feminis non separentur, eæ venumdantor, et pretium pauperibus erogator: illos vero pœna canonica plectito.

6.

Servi Ecclesiæ ab Episcopis manumissi, nec illi, nec eorum soboles ab Ecclesiæ patrocinioreceduntor. Quos alii manumiserunt, et Ecclesiæ commendarunt, sub episcopali patrocinioreceduntor.

7.

In convivio sacerdotali Scriptura sacra legitor.

8.

Servos ex familia fisci donatos Ecclesiæ à Principe nullus repetito, sed pretio contentus pro donati capite, is posthac servus Ecclesiæ habetor. *Vel*: Clerici qui ex familia fisco addicta electi fuerint, in Ecclesiæ ministerio remanento, et censum Principi reddunto. Nemo eos sub prætextu quod ab Rege fuerint donati, vindicato. (Canon difficillimus, qui utrumque sensum admittit).

9.

Ecclesiæ nuper ab Ariana secta conversæ una cum bonis suis ad Episcopum diœcesanum pertineant.

10.

Viduæ aut Virgines ad nuptias non compelluntor. Qui coegerint, excommunicantor.

11.

Pœnitentes non pro lubitu, at secundum veteres canones pœnitentiam agunto.

12.

Ut relapsus præcaveatur, pœnitentiam postulanti, si vir sit, tondeto, si mulier, vestem mutare præcipito.

13.

Clericus coram iudicibus sæcularibus Clericum non pertrahito. Si pertraxerit, causa cadat, et excommunicantor.

14.

Iudæi munere publico non funguntor, mancipia Christiana non habento, feminas Christianas nec uxores nec concubinas ducunto, et si ex eis prolem genuerint, baptizator.

15.

Si quis servus fisci Ecclesiam construxit, et dotavit, ut hoc Princeps confirmet, Episcopo curæ esto.

16.

Per totam Hispaniam et Galliam omnia vestigia idolatriæ, potestatibus sæculi et Ecclesiæ operam iungentibus, delentor. Qui neglexerint, anathemate percelluntor.

17.

Parentes proprios filios necantes, omni pœna, capitali excepta, mulctantor.

18.

Episcopi semel in anno ad Synodum Provinciam conveniuntor. In ea locus, tempusque ad aliam constituior. Itidem locorum iudices et actores fiscalium patri-

tri-

trimoniorum calendas Novembris quotannis cum Episcopis adsint, ut discant pie et iuste cum populis agere, nec alium premere, levare alium. Episcopi factis eorum invigilanto. Si prævaricati fuerint, eos monento; nisi resipuerint, ad Principem renuntianto: et si adhuc inemendabiles perstiterint, excommunicanto.

19.

Omnia Ecclesiarum bona sub Episcoporum iure perstanto. Earum fundatores hoc ius auferre non conantor.

20.

Episcopi à Presbyteris et Diaconis nova onera aut pensiones exigere prohibentor. Quas antiquo iure obtinent, his contenti sunt. Reluctantes ad Metropolitanum deferuntor.

21.

Iudices et Præfecti sub excommunicationis poena servos Ecclesiarum, Episcoporum, aut Clericorum exactionibus ne vexanto.

22.

In exequiis Christianorum non funebre carmen, sed psalmi cantantor. Pugnīs pectora ne tunduntor.

23.

Ab Sanctorum sollemniis saltus et cantiones lascivæ funditus tolluntor. (*Meminerit Lector*, ait hic Fleurius, *hæc in Hispania prohiberi*. Sed meminisse poterat Fleurius, *nos addemus*, ante quadraginta fere annos eadem in Galliis à Childeberto prohibita. Tom. 1. Capitular. Reg. Francor. col. 5. edit. Venet. 1772.)

Interfuerunt Synodo quinque

Metropolitani, quinquaginta septem Episcopi per se, et alii quinque per Vicarios. Præfuit Massona Emeritensis, nimirum consecrationis antiquitate aliis prælatus. Subscribit secundo loco Euphemius Toletanus, tertio S. Leander Hispalensis, qui nec Primatis, nec Legati Pontificii partes implevit, ut somniavit Lucas Tudensis. Nihilominus eius, et Eutropii Abbatis cœnobii Servitani præcipuæ partes in Concilio fuere, et in fine Sanctus Antistes peroravit simplici et impolito stilo, ut sæculi conditio ferebat, ait Baronius, sed divina scientia valde referto, et sapientia mirifice exornato. In hoc Concilio primum additam Symbolo particulam *Filioque* nobis certum videtur ex rationibus Cardinalis de Aguirre in disputat. 92. Theologiæ S. Anselmi.

CONCILIUM IV.

Sisenandus vir magno animo, neque minus domesticis copiis insignis, quam belli artibus clarus, regnandi ambitione incensus, et Francorum auxilio suffultus, Regem Suintilam omnibus exosum regno expulit. Sed considerans, scissis provincialium studiis pro se, et pro æmulo, regnum diu stare non posse, optimum iudicavit fore, Religionis prætextum populis obtendere. Ex tota ditione Præsules Toletum ad Synodum coegit, ecclesiasticæ disciplinæ, vitio temporum collapsæ, novis legibus adstringendæ causa. Maior tamen cura suberat, ut Suintilæ actionibus Patrum decreto reprobatis, qui eius partibus erant ad-

Tt

di-

dicti, posito factionis studio, animos ad concordiam revocarent. Ad quintum Decembris diem anni 633 in S. Leocadiæ Basilica primus conventus est habitus. In eo Sisenandus coram Patribus humi prostratus, inter singultus et lacrimas preces pro se, divini Numinis propitiandi causa, fundi petiit: quorum causa convenerant, sancirent suis decretis disciplinam ecclesiasticam. Regis oratione accensi Patres, septuaginta quinque canones condiderunt, quorum primus fidei complectitur confessionem, in qua Mysteria Trinitatis et Incarnationis enucleatissime explicantur.

2.

Missale et Breviarium unum esto in Hispania.

3.

Synodi nationales, sin minus provinciales quotannis coguntur. In his causæ omnes diiudicantur.

4.

Patres sedendo, atque sententias in Conciliis dicendo, consecrationis antiquitatem sequuntur. Patrum voluntate, Proceres, quos interesse visum erit, ad conventum admittuntur. Summo mane Templi, ubi conventus est habendus, ianuæ clauduntur, una excepta Patribus admittendis, adhibita ianitorum custodia. Proponendi ea, de quibus disceptandum, Metropolitanus ius esto: de privatis causis referre, Archidiaconi partes.

5.

Tribus mensibus ante festum Epiphaniæ quoto die Pascha sit celebrandum, Metropolitanus Sacerdotes inter se communicant, et sibi contributis Ecclesiis idem litteris significant.

6.

Baptismus ad mentem Gregorii Magni unica mersione confertor. Sic hæreticis succensetor trinam immersionem necessariam arbitrantibus.

7. 8.

In Parasceve Ecclesiæ non clauduntur, sed officium celebrator: passio Domini prælegitor, et criminum indulgentiam clara voce populis postulato. In ea ieiunium non solvitor ante peractas indulgentiæ preces.

9.

Ecclesiæ Galliæ Hispaniæ instituto cereum Paschalem sacra cæremonia et preceatione lustrant.

10.

Clerici omnes orationem Dominicam iuxta præceptum Christi, Apostolorum monita, et SS. Patrum Cypriani, Hilarii, Augustini sententiam in publico aut privato officio quotidie recitanto.

11. 12.

Nec Episcopus nec alius Clericus sub pœna suspensionis calendis Ianuarii et Quadragesima *Alleluia* canunto. Quod vocatur *Laudes* post evangelium in Missa decantanto.

13. 14. 15. 16.

Hymnus qui à SS. Patribus sit compositus, non respuitor: trium puerorum in Missa præcinitor: in psalmodum fine *Gloria et honor Patri, &c.* dicitur: idem additor responsoriis lætis; tristibus autem eorum initium repetitor.

17.

Liber Apocalypsis inter sacros numerator, et à Pascha Pentecostem usque in Missis legitur.

In

18. In Missa post orationem Dominicam ante communionem benedictio dator.

19. Criminosi, infames, pœnitentes publici, in hæresim lapsi, in ea baptizati aut rebaptizati, corpore vitiiati, servi, ignoti, neophyti, simoniaci, ambitiosi, laici, militiæ dediti, curiæ nexibus obligati, litterarum inscii, minores triginta annis, per saltum promoti, à decessoribus successores designati, à clero et populo non probati, à Metropolitano et Comprovincialibus non electi, Episcopi ne sacrantor.

20. Diaconi ante vicesimum quintum, Presbyteri ante tricesimum annum ne initiantor.

21. 22. 23. Sacerdotes casti suntor. Episcopi, Presbyteri, Diaconi summa integritate viris commorantor.

24. Clerici iuvenes sub custodia senis sapientis uno loco habitantor. Si pupilli sunt, Episcopus non solum vitæ et morum, sed bonorum suorum curam agitor.

25. 26. 27. Sacerdotes canones et sacram Scripturam ignorare, nefas estor. Parochis ab Episcopo Rituale traditor, et ei obedientiam de recte vivendo præstantor.

28. Episcopo, vel cuilibet de clero, etiam iniuste deposito, nisi dignitatis insigniis sollemniter restitutis, id est, Episcopo orarium, annulus, et baculus: Presbytero planeta et orarium: Diacono alba

et orarium: Subdiacono calix et patena, munere suo fungi denuo interdictum estor.

29. Idem Magos, Aruspices, Augures, aliosve divinatores consulentes, deponuntor, utque in perpetuum pœniteant, in monasterio recluduntor.

30. Sacerdotes absque Regis venia nec eius ad hostes, nec ad eum hostium oratores suntor. Qui fuerint, ad Regem deferuntor, et à Synodo mulctantor.

31. Episcopi criminum læsæ maiestatis iudices ne fiant adhuc ex præcepto regio, nisi iuramentum eis præstetur de vita nocentibus obtinenda. Alioquin rei apud Christum effusi sanguinis suntor, et hic à gradu suo deiiciuntor.

32. Iudices, abutentes potestate, ab Episcopis commonentor: contumaces ad Principem renuntiantor.

33. Episcopi de oblationibus, tributis, frugibus, Ecclesiæ concessis, præter tertiam partem nihil sumuntor. Eius bona sub eorum iure perstantor.

34. 35. Triginta annorum possessio Episcopi in alia diœcesi eius provinciæ præscribitor in favorem possessoris; ac Basilicæ denuo exædificatæ ad Episcopum, cuius territorium fuerit, spectantor.

36. Episcopi singulis annis diœcesim lustrantor. Si nequiverint, Presbyteris, aut Diaconis, morum probitate ornatis, vices demandantor.

37.

Quod Episcopus polliceatur in obsequii remunerationem Ecclesiæ impensi, ratum esto, et in Synodo provinciali firmator.

38.

Ecclesiarum fundator, ac eorum filii, laborantes inopia, ex Ecclesiæ bonis aluntor.

39. 40.

In choro Diaconi Presbyteris ne anteferuntor. Uno tantum orario, nec auro contexto, nec coloribus variegato, in sinistro humero inceduntor.

41.

Omnes Clerici, vel Lectores, detonso superius toto capite, inferius solam circuli coronam relinquant.

42. 43.

Nisi sit mater, soror, filia, vel amita, nulla alia femina cum Clericis habitato. Mulieres quæ Clericis interdicto libidinis consortio iunctæ sint, ab Episcopo veniuntur, imposita Clericis poenitentia.

44.

Si vidua, vel repudiata, vel meretrix nupserit Clerico, ab Episcopo separantor.

45.

Clerici sponte sumentes arma in seditione, in monasterium poenitentia contradantur.

46.

Clerici sepulcra demolientes suspendantur, et triennio poenitentia deputentur.

47.

Omnes ingenui Clerici ab omni publica indictione ac labore immunes sunt, ut soli Deo serviant.

48. 49. 50.

Œconomi ad res ecclesiasticas

administrandas instituantur. Monachis ad mundum redire non liceat: liceat vero Clericis ad monasticam vitam migrare.

51.

Episcopi non alia iura, præter statuta à canonibus, in monasteriis exercere præsumant.

52. 53.

Monachi ad mundum reversi, iterum ad monasterium suum revocentur. Religiosorum vagorum, qui nec inter Clericos, nec inter Monachos habentur, licentia ab Episcopo coercetor.

54.

Qui in mortis periculo poenitentiam accipiunt, generali tantum confessione facta, si revaluerint, poterunt ad gradus ecclesiasticos pervenire: secus qui aliquod peccatum mortale publice declaraverint.

55. 56.

Poenitentes viri, ac similiter viduæ, aut virgines, qui divertentes laicis adscribantur, ad poenitentiam revocentur: si renuerint, ut apostatæ condemnentur. Sanctimonialia viduæ ne nubuntor.

57. 58.

Iudæi ad fidem venire ne coguntor; sed qui iam ita venerint, eam tenere cogantur. Iudæorum fautor, sive Episcopus, sive Clericus, sive sæcularis anathemati subiiciatur.

59. 60. 61.

Iudæi dudum ad fidem conversi, et ad priores ritus reversi, puniuntor: quos circumciderint, si filii sint, à parentibus separantor; si servi, libertati traduntor. Iudæorum filii Christianis ad educationem committantur. Fideles filii Iudæorum baptizatorum, ac postea præ-

præ-